ſic fuerit dign⁹ ex quo hec rõ etiã cũ mira/
culis põt militare ſi fiãt ex ſcientia ſingula/
ri etiã dono dei ꝛ fide plima ſine pfecta cha
ritate vt eſt pdictũ. ꝛ pbat apl's. i. Cor. xiij
et pbat etiã Matth. xiij. ꝛ. xvi. Et ex vebe/
menti imaginatiõe q faciat caſum. vt pꝫ p
Aug⁹. in lib. de trini. referentẽ q quidaꝫ in
tantũ recogitabat alicui⁹ mulieris imagi/
nem. q ei carnaliter cõmiſceri videbat. Aut
ex ꝟtute vehemẽtis orõnis ſm Jo. an. i cle
men. ſi dñm. de rel. et vene. ſancto. in fi. glo.
magne. ꝛ Actu. ix. c. Videt nõ male dici poſ
ſe q vbi vita canonizandi fuit adeo excel/
lens rõne altiſſime religiõis ꝛ doctrie etiã.
put in caſu nr̃o q tollat contraria ſuſpicio
etiã ſine miracul. ꝛ pmarie in tpe q plantu/
la eccl'ie erat iã firmata ꝛ nõ indigebat ſuf/
fragio aque aut miraculoꝝ. de qbꝫ Marci
vlti. ꝛ ad Heb. ij. teſte Hierony. ſup Iſa. li.
xviij. Nõ em̃ potuiſſet oĩs gẽtes in tã bre
ui tpe credere niſi ſignorũ miraculis fides
eoꝝ quodã modo fuiſſet extorta. Clamãti
bus em̃ apl'is ꝛ aplicis viris dñs ſignoruꝫ
magnitudine reſpõdebat vt refert Jo. an.
in. c. cũ ex iniuncto. de heret. Et pſertim cũ
tpe eius nõ vigerent hereſes graues extin
guende etiã p miracula. put vigebãt tempe
ſanctoꝝ Dñici ꝛ Franciſci ⁊c. Et qꝛ nõ eſt
gaudẽdũ q ſpũs nobis ſubijciunt. ſed po/
tius q noĩa nr̃a ſcripta ſunt in celis Lu. x.
ꝛ ne nobis dicat. Generatio praua ſignũ q
rit ꝛ nõ dabit ei niſi ſignuꝫ Jone pphete. vt
dicit Luce. xi. ſm Aug⁹. xx. de ciui. Jteꝫ qꝛ
in ipis deus tentari videt. c. fi. de purg. vul.
Hinc eſt q cũ diceret Achaz. Pete tibi ſi/
gnũ ⁊c. Rñdit. Nõ petam. ꝛ nõ tentabo do/
minũ. Et dicit ſcꝰs Tho. in. iij. pte. q. xliij.
q miracula minuũt meritũ fidei nolentiuꝫ
credere niſi p ea. Jtẽ Aug⁹. in ſmõe d mar
tyribꝫ. qꝛ virtutes ꝛ mirabilia nõ oĩbꝫ da
tũ eſt facere ⁊c. videt nanqꝫ ſufficere debe

re miracula myſtica. Satis em̃ linguis lo/
quunt nouis. q vite veteris ſecularia ꝟba
derelinquẽtes. ſacra myſteria inſonãt. ꝛ cõ
ditoris ſui laudẽ ꝛ potentiã quãtuꝫ pualẽt
narrant. Et ſerpẽtes tollere. q bonis ſuis
exhortationibꝫ maliciaꝫ de alienis cordibꝫ
auferũt. Et dũ peſtiferas ſuaſiões audiũt.
ſed tñ ad opationẽ prauã mĩme ptrabũtur.
Mortiferũ quideꝫ eſt qd bibũt ſed nõ eos
nocebit. Jtẽ q quotiẽs pximos ſuos in bo
no ope infirmari ꝯſpiciũt. dũ eis tota virtu
te occurrũt. ꝛ exemplo ſue opationis illorũ
vitã roborãt q in ppria actione titubabant.
qd aliud faciũt niſi qꝛ ſup egros man⁹ im/
ponũt vt bene habeãt. Scdm Greg. i O/
melia aſcen. qui ſubdit. Hec miracula ni/
mirũ tanto pe maiora ſunt q̃nto et ſpũalia.
tanto maiora ſunt q̃nto p hec nõ corpa ſed
anime curant ꝛ ſanctificant. Facit qd dicit
apl'us. ij. ad Theſſa. ij. c. de tpe antichriſti.
ꝛ alibi. Lingue in ſignũ ſunt nõ fidelibꝫ. ſꝫ
infidelibꝫ ⁊c. Nã corpalia illa miracula oſtẽ
dunt aliqñ ſanctitatẽ. nõ auteꝫ faciũt. Hec
autẽ ſpũalia nõ tm̃ oſtendũt ſed etiã faciũt
⁊c. vt pꝫ p Grego. vbi ſupra. Jtem Grego.
Miracula hoĩm ſctõꝝ nõ faciũt ſed oſten
dunt. De⁹ em̃ facit miracula p auctoritatẽ.
angeli p materie habilitationeꝫ. demones
p virtutes naturales inſitas. magi p occul/
tos ꝯtractus cũ demonibꝫ. boni chriſtiani
per publicã iuſticiam. mali vero chriſtiani
p ſigna publice iuſticie. Et ſciẽdũ eſt q Au
guſti. de Ancona in li. de eccl. ptãte. q. xv. ar
ti. xvi. diſputat hanc queſtionẽ. ꝛ dicit eã eſ/
ſe dubiam. cõcludit tñ q pter euidentiam
miraculoꝝ aliquorũ cũ ſint ſigna teſtificati
onis ſanctitatis ꝛ doctrine veritatis ſancto/
rũ debet papa aliqs canonizare. auctorita/
te Aug⁹. xxij. de ciui. dei. ꝛ in lib. lxxxiij. que.
Dicit tñ ſanct⁹ Tho. in quodaꝫ ſuo libello
q incipit. Actus litterꝫ. q poteſt fieri non ſo
lum ꝟtute angeli ſed etiã virtute homis q
aliqua pars terre p violentiã ſurſum ferat.
Deinde ſubdit. Sunt tñ aliq miracula nõ
ſimpliciter. ſed quo ad aliqs qui eoruꝫ cau
ſas ignorant. ſicut quedaꝫ in arte humana
facta mira ignorãtibꝫ artem vident. et mul
to magis arte angelica. ꝛ talia fieri poſſunt
virtute alicui⁹ creature. ſed nõ excluſa ꝟtu/
te diuina ⁊c. vel etiam virtute demonũ. ſm
q plene declarat idẽ. b. Bonauentura in. ij.
ſniaꝝ diſt. viij. ibi. Tercio loco querit vtrũ

demones poſſint ſenſus illudere. allegãs
glo. Rabani ſup Exod. vij. c. Adde qd dicit
Ambro. in omel. ſup Lucã. Liberare a de
mone homies ſed in vbo dei. poſt ſcz reſur
rectionẽ mortuis imperare diuie ſolius ẽ
poteſtatis. et Chryſo. ſup Math. Signã
ter dixit. in noie tuo demõia ⁊c. ⁊ nõ in ſpiri
tu tuo ⁊c.

Sed ſecundũ dico etiã ſuppoſito ꝙ
a omino de neceſſitate reqrant in ca
nonizatiõe alicuiꝰ miracula. ꝙ tñ in
caſu noſtris ſufficiũt aliqua ⁊ non requirat
frequẽtia miraculoꝝ. ſicut nec in martyre ĩ
quo ſufficit ↄſtare de martyrio. ⁊ cauſa pro
pter quã paſſus eſt. ſcz ꝓpter fidẽ chriſti. aut
libertatẽ eccl'ie ↄſeruandã. vt in ſctõ Tho
ma Cantuarieñ. et ſctõ Bellino qndã epo
Paduano. et ſctõ petro martyre ordinis p̃
dicatoꝝ. abſqꝫ eo ꝙ fiat multa alia examina
tio de vita et miracul'. vbi tñ aliq̃ licet pau
ca miracula ſufficerẽt ſm Hoſti. in ſũma d
rel'. ⁊ vene. ſan. in. §. et hec intelligas. ar. de
ↄſecra. di. iiij. c. cathecuminũ. et. c. baptiſmi
vicem. quẽ ſequit Jo. in directorio iurẽ Ru
bri. xiiij. in. §. ad canonizãdos. §. et h eſt verꝫ
De cuius ſctĩ Tho. martyrio ptꝫ in. c. ſic di
gnũ de homi. Pro qua ſnĩa facit qd ſcri
bit ap'ls pma ad Coꝝ. xij. ibi. Alij gr̃a ſani
tatũ in vno ſpũ ⁊c. et ſubdit. Hec aũt omĩa
operatur vnꝰ atqꝫ idem ſpũs. diuidẽs ſingu
lis put vult. Et pbat in. c. multe. ſ. q. j. Nam
etiã equiparat teſtimoniũ ſcripture mira
culis. vt not. in. c. cũ ex iniuncto. de here. et
Ldi. ſi qs ꝑpoſtera. et qd legit Luce. xvi. ca.
Et qꝛ nimia curioſitas in h etiã eſt damnã
da. et rõne dubitatiõis meliꝰ eſt ex abũdan
ti aliq̃d facere q̃ꝫ omittere. ar. xi. q. iij. nolite.
xiiij. q. iij. nõ extimemꝰ. xxiij. q. iiij. corripiant.
cũ ſimi. Pro hac etiã ſnĩa facit qꝛ eccl'ia i of
ficijs martyrũ nullibi facit mentionem de
miraculis. ſicut in officijs ↄfeſſoꝝ. ⁊ d mul
tis martyrib9 non legit ipos aliq̃ miracula
feciſſe. licet ſint canonizati ab eccl'ia. vt patꝫ
de Johe baptiſta. et alijs pluribꝫ. Sentit
tñ Jo. an. in di. c. j. de rel'. et vene. ſan. ꝙ fre
quẽtia miraculoꝝ requirat in canonizãdo.
ꝙ Romanꝰ pontifex debet attẽdere vtrũ
miracula crebreſcunt et continuent anteq̃ꝫ
inquiſitionẽ cõmittat. Dicit tñ Augꝰ. in li.
lxxxiij. q̃ſti. ꝙ boni chriſtiani ꝑ publicã iuſti
ciã faciũt miracula. et admonet dñs vt itel
ligamus quedã miracula etiam ſceleratos
homies facere q̃lia ſcti facere nõ pñt. et idõ
nõ omĩb9 ſanctĩ iſta attribuunt. ne pnicio
ſiſſimo errore decipiant infirmi. extimãtes
in talib9 factis eſſe maiora dona q̃ꝫ in factĩ
iuſticie quib9 eterna vita cõparat. vt pbat
Math. vij. c. ⁊. xxiiij. Vñ Hiero. Prophe
tare et vtutes facere ⁊ demonia eijcere. non
eſt eiꝰ meriti qui operat. ſed inuocatio nois
chriſti hoc agit vt homies deũ honorẽt ad
cuiꝰ inuocationẽ fiunt. Et ab his qui verã
doctrinã enunciãt fiunt q̃nqꝫ vera miracu
la ad confirmationẽ doctrine. nõ autẽ ad
teſtificationẽ ſanctitatĩ. ſm Tho. ij. ij. q. clxx
viij. arti. j. ergo nec de frequẽtia videt faciẽ
da vis magna. Concludit etiã Augꝰ de an
cona in lib. de eccleſi. ptãte. q. xvi. art. ij. et in
q. an papa debeat ſeruare eundẽ moduꝫ in
canonizatõne martyrũ ⁊ ↄfeſſorũ. Firmat
ꝙ in canonizatõe martyrũ nõ ſunt neceſſa
ria miracula ſed tñ ſufficiat veritas cauſe
et martyrij. Pro quo facit qd i officio mar
tyrũ nullibi eccl'ia mentionẽ facit de mira
culis. ſicut i officijs ↄfeſſoꝝ. Itẽ ꝙ martyr
etiã ſine baptiſmo põt ꝓpterea canonizari.
allegat Augꝰ. in ep'la ad ſeleucianã dicẽtẽ.
Quoſcũqꝫ legimꝰ in corpe chriſti (qd eſt ec
cleſia) ptincre ad regnũ celoꝝ nõ niſi ba
ptizatos intelligere debemuſ. niſi forte q̃s
anguſtia paſſionis et nolẽtes chriſtũ nega
re. anteq̃ꝫ baptizarent occiſi ſũt. quib9 iam
paſſio ꝑ baptiſmo deputata eſt ⁊c.

Sed tercium dico ꝙ licet omñs docto
a res videant miracula requirere tã
in vita q̃ꝫ in morte. vt patet in glo. ĩ
c. vnico. de reliquijs ⁊ vene. ſanctoꝝ. lib. vi.
⁊ ꝑ bellemere in. c. venerabilĩ de teſti. ⁊ Ho
ſtien. in ſumma de reli. et venera. ſanctorũ.
tamẽ etiã ſufficerent ſola miracula pꝰ mor
tem. vt pbat hymnus confeſſorũ. ibi. Ad ſa
crum cuiꝰ tumulũ ⁊c. ibi nihil dicit de mi
raculis factis in vita. Non obſtat illud qd
dicitur in. vq̃. §. et reſponſorio. ibi. Iſte ho
mo ab adoleſcentia ſua partim meruit in
firmos curare. dedit illi dominꝰ cecos illu
minare et demones effugare. tum quia nõ
dicitur in officio confeſſorum maioꝝ. de
quibus futurus eſſe beatus Bonauentu
ra videtur. tum quia non dicit in nõ facien
tibus miracula vel ſaltem talia. qꝛ nõ om
nes canonizati cecos illuminauerunt. idõ
omittitur illud reſponſorium. et loco eius
ponit nonũ reſponſoriũ qd alias videret

ſupſluere ꝓpter Te deū lau. ⁊c̄. qd̄ īmediate
cantaꝛ. ⁊ incipit rn̄ſoriū. dn̄s q̄ elegit te ⁊c̄.
Itē reſpicit ſctōs vt vniuerſos nō vt ſingu
los. ⁊ ſic vt genera ſingloꝝ. ⁊ nō ſingl'a gene
rū. q2 etiā ſinguli nō ſꝑ ꝑmāſerūt in adole/
ſcentia in innocētia ſua ⁊c̄. vt ſubījcit in. ꝟ.
ſequēti illud Rn̄ſoriū ibi. Ecce hō ſine q̄re/
la ⁊c̄. Satis nāq3 dicendū eſt feciſſe mirabi
lia in vita ſua q̄ inuēt⁹ eſt ſine macu'la. ⁊ qui
poſt aurū nō abījt nec ſperauit i pecūie the
ſauris ⁊c̄. Et h̄ ſentit ſan. Tho in. ij. ij. q. cl/
xxviij ar. ij. in quātū dicit. Ad demōſtratio/
nē autē ſanctitat3 alicu⁹ in exemplū ꝟtutis
nō fiunt miracula niſi ꝑ ſctōs in vita vl' p⁹
mortem ſiue ꝑ eos ſiue ꝑ alios. iuxta illud
Actuū. v. ⁊ ix. Et nihil ꝓhibet ꝑ aliquē ma/
lū fieri miracula ad inuocatōnē alicu⁹ ſcti.
q̄ tñ miracula non dr̄ ille facere. ſ3 is ad eu
ius ſctitatē demonſtrādā hec fierēt. de⁹ tñ
ꝑncipaliter opaꝛ. ſm Greg3. in. ij. dialogoꝝ.
q2 vtitur inſtrumētaliter vl' interiori motu
hois vl' ei⁹ locutōe. vl' etiā aliq̄ ꝯtactu cor/
poris mortui. ⁊ ita intelligiꝛ Joſue x. ⁊ iiij.
Reg. xiij. Pōt etiā de⁹ opari ꝑ fidē hois ma
li inſtrumētalit'. ſic bō opaꝛ ꝑ baculū. Im/
petrāt etiā mali interdū ex miſcōia dei vl' ꝑ
pter ſalutē ſuam ſicut publican⁹ Lu. xviij.
vel etiā ꝓpter ſalutē alioꝝ ⁊ glām dei. qd̄ eſ
ſe nō poſſet poſt mortē eoꝝ ⁊ dānationē3. ⁊
ideo magis req̄riꝛ poſt mortē q̄3 in vita.
Sufficiēs aūt in vita videꝛ ⁊ ſtupendū3
miraculū in h̄ p̄ṫe nr̄o Bonauētura qd̄ le/
giꝛ in chroni. eo q2 cū ex nimia ꝯſciā īdignū
ſe eſtimaret cōione eucharistie. ⁊ iō a cele/
brando abſtineret. die quadā miraculoſe ⁊
nemine miniſtrāte niſi angelo. vna ex ꝑtib⁹
hoſtie ꝯſecrate in os ei⁹ intrauit. eūq3 cibo
celeſti repleuit. Circa qd̄ notādum dico q2
corpa glorificata v. deri actualiꝛ nō pn̄t ni/
ſi ꝑ miraculū ſm Archi. in. c. ſacrificiū. d cō
ſe. di. ij. et iō merito de ipo cantabit ecclīa.
Iſte cognouit iuſticiā ⁊ vidit mirabilia ma
gna ⁊c̄. ⁊ inuēt⁹ eſt in nūero ſctōꝝ. Ad ve
ritatē aūt ꝯcluſionis p̄miſſe multū faciunt
lr̄e Inno. iij. ſup canonizatōne ſctōꝝ Ho/
moboni cremoneñ ⁊ vulſtani q̄ndam epi
vigornieñ. in q̄b⁹ nō referunꝛ niſi miracula
facta poſt mortē. vt et tenore ipaꝝ litteraꝝ
ꝯſtat euident. Adde q̄ habenꝛ in legēda na
tiuitatis. ſ. Johis bap. ⁊ lr̄e calixti. iij. ſuper
canonizatōe ſcti Oſmundi de anglia. qui
etiā nulla refert miracula facta in vita.

Ad quartū dico primo ꝯcludendu3
a q2 teſtes examīandi ſuꝑ miraculꝭ ex
aminenꝛ ꝑ cōmiſſarios deputatos
ꝑ hoc a ſede aplīca ⁊ nō ꝑ alios. Vn̄ nō pu/
tat Boaci⁹ vt refert Jo. an. in. c. venerabili
de teſti. q2 tales deputati cōmiſſarij poſſūt
alijs cōmittere h̄ examen ꝓpter arduitatem
negocij ⁊ ꝑſ induſtriā electa3 ꝑ. c. ſi. de offi.
del. de quo ꝑ docto. in cle. ſ. e. ti. Itē q2 exa/
minenꝛ ſigillatim. i. q̄libet ꝑ ſe. nō plures ſi/
mul. aliter nō valeret teſtimoniu3 ſm Jo.
an. ⁊ alios in. c. venerabili de teſti. ꝑ not. i. c.
cū cauſam. eo. ti. ꝓbat. l. ſi quis inter. C. de
bo. ꝓſcrip. Item examinenꝛ ſuꝑ oīb⁹ cir/
cūſtantijs de quib⁹ ī dicto. c. cū cauſa3. Itē
ſecreto ar. C. de teſti. nulli. ⁊ in. c. inquiſitōis
de accuſ. ſicut. ⁊ vota eligentiu3 ſcrutanꝛ. c.
q2 ꝓpter. de elec. ⁊ ad ſilitudinē daniel. vt hr̄
Daniel. xiij. c. ne vnus habeat aliū īſtruere
aut vn⁹ ſequaꝛ dictū alteri⁹. et ita nō poſſet
falſitas illoꝝ facil'e dephendi. facit. c. omis
de peni. ⁊ re. ⁊ ne forte ipiſ ꝯtradicētib⁹. vox
ꝯtradictoria de foꝝ audiaꝛ. ⁊ ſic ꝑtes addi/
ſcāt teſtificata. ar. in. c. i. cauſis de elec. Ite3
examinenꝛ cū ea diligētia q̄ ſolet ⁊ d3 in re/
ceptiōe teſtiū adhiberi. vt. d. c. venerabili in
fi. imo etiā cū maiori. vt ibi no. q2 circa ma/
iora mai⁹ ꝑiculū ꝯſiſtiꝛ. ⁊ iō cauti⁹ ē agendu3.
xlij. di. c. q̄ſcam⁹. c. vbi ꝑiculū. de ele. li. vj. l.
j. §. ij. ff. ad carbañ. Itē q2 deponētes potu
iſſent facil'r decipi. vt in. c. ij. de rel'. ⁊ ve. ſan.
etiā ſi forēt obſtetrices. q2 ſepe man⁹ falliꝛ ⁊
oculus obſtetricū. vt dicit canon. xxvij. q. j.
nec aliqua. ⁊ in. c. cām mr̄imonij. de ꝓbatio.
⁊ in. c. fraternitat3 de frigi. ⁊. c. ſi ꝑ ſortiarias
xxxiij. q. j. ⁊ ꝯſeq̄nter etiā iudiciū in dicū. vt
ibi ꝑ3. Et de h̄ ordine iudiciario d3 intelli
gi illud qd̄ dicit Aug. de anco. in li. de eccle
ſiaſtica ptāte. q. xvj. ar. j. Intelligo etiā ſigil
latim fieri debere examē tā ſuꝑ ſpecificatis
in articul' q̄3 ſuꝑ oīb⁹ circūſtātijs. iuxta ea q̄
habenꝛ in. c. cū cām. de teſtib⁹. vbi dic̄ Bal.
q2 miracula nō p̄ſumunꝛ. q2 ſūt de ipoſſibi/
lib⁹ nature. ⁊ i ea forma de q̄ ꝑ ange. i. l. ſi q̄s
l. ij C. de bonis vac̄. li. x. ⁊ bal. in. l. non pn̄t.
ff. de legib⁹. ⁊ no. in. c. exhibita de iudicijs. ⁊
in. c. pn̄tiū. de teſti. li. vj. ⁊ in. c. penulꝛ. §. por/
ro. de elec. ⁊ in. c. dānam⁹. §. nos aūt. de ſum
ma tri. licet alit' exponaꝛ ꝟbū ſigillatim per
Archi. in. c. ſi cui. de ele. li. vj. de q̄ habeꝛ i. l.
ſed et ſi per pretorē in fi. ff. ex quib⁹ cau. ma/
ior ⁊ in. l. cū quidam. C. de verbo. ſignꝭ.

Concludendū eſt etiā ꝙ miraculū ē q̄d ē mirū factū. Et vere ē miraculū mirū. q: ſupra facultates ſiue vires nature. vel q̄ ad factum. vl' quo ad modū. Quo ad factū. ſ. vt ꝙ ad p̄ces Grego. neoceſarieñ. legit̃ quidā mons retractus ⁊ dediſſe locum baſilice fabricande. ⁊ ad p̄ces beati Benedicti quidā lapis trāſlatus ē d̄ horto. vt habet̃ in hiſtoria ſcholaſtica ſup euangelia. c. in ſeq̄nti q̄; die ⁊c. ⁊ ꝙ cecus fact⁹ eſt videns. ⁊ mortuuſ reſuſcitat⁹. vt legit̃ petrū reſuſcitaſſe Actu. ix. in fi. ⁊. j. q. j. teneam⁹. iij. q. viij. Petr⁹. Et chriſt⁹ Luce. viij. in fi. de peni. di. j. §. ex his itaq;. alias eſt. §. deniq;. ꝟ. In euāgelio. cū ſimil'. Hoc eī eſt ſup̄ facultates ſeu vires nature. q: via nature nō eſt regreſſus de ꝓuatione in habitū. Quo aūt ad modū facti vt puta ſi aliq̄s eſt febricitans via nature. ꝑ certas alteratiōes poteſt fieri ſan⁹. de peni. diſt. vij. c. vlti. in fi. xxiij. q. iiij. c. ip̄a pietas in p̄ncipio. ⁊ c. q̄d faciet. ⁊ c. nimiū in p̄n. Sed ſi fiat in inſtāti ad inuocatōem dei ſeu ꝑ deum meritis alicui⁹ ſcti inuocati. ⁊ h̄ ſup vires nature. quo ad modū nature q̄ operat̃ ſucceſſiue ꝑ alteratiōes diuerſas. nō pōt ꝓbari directa ꝓbatiōe. q: directa ꝓbatio eſt ꝑ rerū p̄ncipia. Et ſic etiā intelligi debet illud. ꝙ negant; factū ꝑ rez naturā (hoc eſt. ꝑ rerū p̄ncipia) nulla eſt ꝓbatio. l. actor. c. d̄ ꝓba. vj. q. v. actor. ⁊ d̄ elec. bone me. magr̃. ꝟ. Quis. c. j. de clandeſtina. deſpon. q: quod nō ē nō habet p̄ncipia q: ſm ph̄m. Nō entꝫ nō ſunt ſpecies neq; differētie. ḡ neq; p̄ncipia. q: ſupiora ad ſpecies ⁊ ad differentias eſſent actualit̃ in ip̄is ſm porphyriū. Cū ḡ miraculū ex ſubiecto in q̄ fit non habeat ꝙ directe miraculū ꝓbari poteſt. ideo ſequit̃ ſm ꝙ dic̄ Arch. in. c. nec mirū. xxvj. q. v. ꝙ indirecte ꝓbari pōt. Nā cū reperiat̃ miraculum qd̄ vires nature excedat vl' quo ad factum vl' quo ad modū facti vt p̄miſſum eſt. ⁊ hoc ꝯſtat eſſe factū ſed nō ex cauſa naturali. habet̃ ꝯſecutiue ⁊ indirecte illud miraculū tm̄ ex cauſa ſupnaturali. q: qd̄ meū nō eſt. ſcire debeo ad aliū ꝑtinere. l. cū q̄rebat̃. c. vnde vi. Vn̄ natura videns h̄ mirū factū nō eſſe ſuū nec ex ſuis p̄ncipijs deriuatū licet ſit in ſe factū. habet aſſcribere cauſe maiori. ⁊ ſic ꝓbat̃ indirecte. ꝑut etiā firmauerūt Jo. mona. ⁊ Jo. an. in nouella. i. c. j. de ꝯfeſſis li. vj. in. ꝟ. nō poſſunt. Bar. aūt in tractatu de teſt. in. c. q̄litas ſine ſubſtātia. dicit circa hoc magiſtralit̃. ꝙ cū agit̃ de aliq̄ cōprobando in ſctm̄. cui⁹ vita ⁊ miracula ſunt ꝓbanda. vt eſt ſacris canonibꝫ ꝯſtitutū. vitā ꝓbare facile eſt. miraculū autē qd̄ dicit̃ q̄ſi admiratione plenū. ⁊ qd̄ eſt id cui⁹ effectus eſt manifeſt⁹. cauſa aūt ei⁹ omībꝫ eſt occulta. quoniā ſolus de⁹. vn̄ que a deo fiūt propter cauſas nob̄ ignotas q̄ vires nr̄as excedunt. ideo miracula nuncupant̃. Et ſancti docto. tradūt h̄ tribꝫ modis ꝯtingere. Primo circa ſubām facti vt dū de⁹ facit aliqua q̄ natura nullo mō facere pōt. vt ꝙ ſol ſtet. vt fuit tpe Joſue. de q̄ habet̃ Joſue. x. c. et Ezechie. iiij. Reg. xx. c. vl' ꝙ hō habeat corpus glorificatū vt chriſt⁹ p⁹ reſurrectōez. ⁊ id quod in ſacr̄o altaris fide cernimus. Et iſta in miracul' ſummū gradū obtinēt. Secundo q̄n illud fit qd̄ natura facere pōt. nō in illo in quo fit. ſicut reſurrectio mortuoꝝ illuminatio cecoꝝ ⁊ ſilia. Poteſt eī natura dare vitā l' ſecare vitā. ſed n̄ in mortuo. ⁊ pōt p̄ſtare viſum. ſed nō tm̄ in vera cecitate. Et h̄ tenet ſcdm̄ locuz in miracul'. Tercio q̄n quod fit natura pōt facere. ſed nō in illo ordine. vt q̄n aliq̄s ꝟtute diuina a febre ſubito liberat̃ nullis adhibitis remedijs. vel nō cū ꝯſueto ꝓceſſu nature panis multiplicatur. Pōt eī hō naturalit̃ facere panez ſꝫ nō illo ordine. Liquet ḡ ꝙ miraculū ꝓbari oportet ꝓbando aliq̄d nature. ita ꝙ vires noſtre nature excedunt̃ vel in ſubſtātia ei⁹ qd̄ fit vl' in ſubiecto ei⁹ quod ſit vl' in ſubiecto ei⁹ in q̄ fit vl' in ordine faciendi. ſed ſi illud potuiſſet ꝑ cauſas naturales reduci. n̄ eſſe miraculū clare ꝓbat̃. ꝙ autē de⁹ fecerit ꝑ inuocationē illius ſancti ꝓbata īuocatione vl' voto ad illū ſanctū emiſſis. quibꝫ probatis recte ꝯcludit̃ illā aīam eſſe beataz. q̄a tm̄ in iſtis pōt faciliter eſſe deceptio. iſtud ē determinationi eccl'ie Ro. reſeruatum. cui ſtandū eſt. Et hinc eſt ꝙ Jnno. iij. in ꝓceſſu canonizatiōis ſcti Homoboni cremoneñ. magnā fidem adhibuit teſtimonio. Oſberti p̄ſbyteri ſcti Egidij cremoneñ. q̄ patrin⁹ fuerat ip̄ius ſcī homoboni. ⁊ ꝑ. xx. annos ⁊ ampli⁹ ꝯfeſſionē ei⁹ ſp recepat. ſup obedientia quā in orōnibꝫ ⁊ vigilijs ⁊ alijs penitentie fructibꝫ q̄ ſibi ab eo impoſita erat pl⁹ iniuncto ſatiſfactionē exhibebat. licet videret̃ in ſuo dicto ſingularꝭ. vt ptꝫ in lr̄is canonizationis ip̄i⁹. Nō videt̃ tm̄ hoc caſu nimiuz laxanda facultas. ar. in. c. tua nos. de ꝯſag.

z affi. Jtē bonifaci⁹ non⁹ admiſit teſtimo/
niū filie ſctē Brigide ad ꝓbanda miracula
mr̄is ei⁹. qꝛ etiā ab his q̄ foris ſont opoꝛtet
ſctōs hr̄e teſtimoniū. ſm Amb. in omel'. la/
tent zc̄. Jtē Inno. vi. in bulla directa ꝑ cuꝫ
et Aoinionē. pontificat⁹ ſui anno vi. archi/
ep̄o Pragenſi. z ep̄o Olomuceñ. z cuidam
abbati. ſuꝑ inq̄ſitiōe fienda ꝑ canonizatio/
ne Lupulli. introduxit ſpecificā formā cir/
ca examen teſtiū ꝑ eos ſeruandaꝫ. q̄ nō diſ/
crepat ab aliꝭ cōib⁹ formis examinū aliaꝝ
cāꝝ ciuiliū vel criminaliū. Et q̄ infero. ſuf/
ficere diligentiā adhibere in hmōi q̄ eſt ad
hibenda in alijs caoſis grauiorib⁹. Dico
z ↄcludendū ꝙ licet Uincēti⁹ antiqu⁹ do/
ctoꝛ in. c. venerabili. de teſti. dixerit. ꝙ ad h̄
ꝙ quis tanq̄ ſctūs canonizet̄. ꝙ ꝓbāda eſt
frequētia miraculoꝝ z ꝑ eoſdē teſtes. z non
ſufficit ꝑ duos teſtes foꝛe vnū miraculū ad
innocatiōem ip̄i⁹ ſcti factū tali die. et aliud
factū eadē die vel ſequenti ꝑ alios teſtes ꝑ
innocatiōem eiuſdeꝫ ſcti. qꝛ diuerſa ꝓbant
nec ↄcoꝛdāt in idem nec ī eundeꝫ. Inſtitu.
de doob⁹ reis. §. j. z c. licet et q̄daꝫ. de teſti.
vt refert Archi. xxvi. q. v. c. nec mirū. Ueri⁹
tñ eſſe credo de iure. qđ firmat Collec. in. c.
j. de rel'. z vene. ſanc. dicēs ſniam Uincen.
eſſe mirabilē z ↄtra iura q̄ dicūt ꝙ ī oꝛe du
oꝝ vel triū ſtat om̄e v̄bū. c. in om̄es. z c. li/
cet de teſti. z qꝛ ſatꝭ eſt ꝙ ↄueniāt oēs in fa/
cto miraculo z in ſctitate ei⁹ de q̄ agit̄. z ſa/
tis eſt ꝙ ex diuerſis actib⁹ reſultat frequē/
tia miraculoꝝ neceſſaria. ſicͭ ex diuerſis iu/
rib⁹ vna regula. vt not. de reg iu. c. j. z ex di/
uerſis actib⁹ ↄſuetudo. vt not. de ↄſti. c. j. et
ex diuerſis gradib⁹ cognatio vt in. c. nō de/
bet. de ↄſang. z affini. z ex diuerſis actib⁹ iu
riſdictiōnalib⁹ iuriſdictio. z m̄ ad ꝓbandos
ſingulos act⁹ ex q̄b⁹ reſultāt p̄dicta. nō ſūt
neceſſarij ijdē teſtes. vt ip̄e not. in. c. ex teno
re de teſti. faciūt not. in. c. nihilomin⁹. iij. q.
ix. Et ꝑpterea ↄcludit ꝙ ſofficiat ꝓbare vnū
miraculū factū tali die in tali loco ꝑ tales.
z ſic ꝑ diuerſos teſtes ꝓbare diuerſa mira/
cula al's ↄcoderet̄ impoſſibile. z neceſſari/
um fuiſſet ꝙ ille de cui⁹ canonizatōne agit̄
om̄es teſtes ſemꝑ ſecū duceret. z ſic videre
tur vna colluſio. et falſitates fingi poſſent.
arg. iij. q. iiij. in teſtib⁹ nec paoꝑes q̄ nullos
ſecū ducere p̄nt canonizarent̄. iuxta no. in
c. licet. de teſtib⁹. Cui⁹ ſniam al's ſuꝫ ſecut⁹
in voto ↄtra iudeos Tridētinos q̄ marty/

riſauerūt infantē Simonē. q̄nīmo etiā di/
co ꝙ etiā ſufficeret ꝓbare miraculū ꝑ teſteſ
q̄rū aliq̄oi deponerēt de infirmitate incu/
rabili p̄cedenti ſm naturā aliq̄ vero depo/
nerēt ꝙ iam fact⁹ eſſet ſan⁹. ſicut dicit̄ ď cele
bratiōe miſſe. in. ď. c. nihilomin⁹. qđ ſatis ꝓ/
bat. ď. c. venerabili. de teſti. in fi. vbi ſufficit
ꝙ interueniat diligētia q̄ ſolet z debet in re
ceptiōe teſtiū adhiberi. Jdē tenet belleme
re in dicto. c. venerabili. referēdo Collecta/
rium.

a D quintū dico ↄcludendū ꝙ nō eſt
neceſſariū ꝙ miraculū fiat in inſtā/
ti. vt ptꝫ. iij. Reg. xvij. c. z Exo. x. z. x/
iiij. z. iiij. Reg. iiij. z. v. z Marci. viij. ſm Ar/
chi. in. c. nec mirū. xxvi. q. v. quē refert. z ſeq̄/
tur mar. de laude. in allegatiōib⁹ q̄s fecit ꝑ
canonizatiōe ſcti Bernardini. licet in ↄtra
riū videat̄ Actuū. ix. vbi patet ꝙ ↄtinuo ſur
rexit zc̄. z Actuū. iij. iuxta p̄nci. vbi ď ꝛ ap/
prehenſa manu ei⁹ dextera. ſ'leuauit eū. et
ꝓtinus ↄſolidate ſunt baſes ei⁹ z plante. et
Luce. viij. iuxta fi. vbi dicit̄ z tetigit fimbri/
am veſtimēti ei⁹ z ↄfeſtim ſtetit flux. ſang. z
in. c. ad ei⁹ vero ↄcobitū. v. di ná apud deū
nō eſt moꝛa. de peni. di. j. c. multiplex. al's in
cipit. c. bis aūt. Un̄ Amb. Spūſſcti gr̄a ne
ſcit tarda molimina. z Lu. vij. iuxta p̄n. vbi
dicit̄. Adoleſcēs tibi dico ſurge et reſedit q̄
erat moꝛtuuſ. z Joh̄ xj. iuxta finē. vbi dicit̄
Lazare veni foꝛas. z ſtatim ꝓdijt q̄ moꝛtu⁹
fuerat. z Matth. ix. vbi dicit̄. z facta eſt ſal/
ua mlr̄ ex illa hoꝛa. z. xv. vltra mediū vbi di
citur. Fiat tibi ſicut vis. z ſalua facta ē filia
eius ex illa hoꝛa. z de peni. di. j. §. ex his ita/
q̄ꝫ. al's eſt. §. deniq̄ꝫ iuxta fi. ibi. leproſus ve/
ro. vbi ſequit̄. quē poſtea tangēdo munda/
uit. z § h̄ idē iuxta p̄n. v̄. hinc etiā. z Luc. v.
iuxta p̄nci. vbi ďꝛ ꝙ ↄfeſtim lep̄ diſceſſit ab
eo. Joh̄. v circa p̄nci. vbi ďꝛ ꝙ ſtatim ſanos
fact⁹ eſt hō. et Matth. viij. iuxta p̄n. vbi ďꝛ.
Uolo. Mūdare. z ſtatim mūdata eſt lepra
ei⁹. z Matth. xx. in fi. vbi ieſus tetigit ocu/
los cecoꝝ. z ↄfeſtim viderūt. z Matth. x. ďꝛ
ↄfeſtim vidit. et Marci. vij. vbi ďꝛ. z ſtatim
apertee ſunt aures zc̄. Quib⁹ omib⁹ r̄ndetur
auctoꝛitate glo. poſite in p̄dicto. c. viij Ma
thei dicētis. Quē vno verbo ſtatim curare
poterat paulatim curat. vt magnitudinem
humane cecitatꝭ oñdat. q̄ vix et q̄ſi ꝑ grad⁹
ad lucē redeat. z gr̄am ſuā nob̄ indicat per
quā ſingl'a ꝑfectōis incremēta adiuuat. Et

dicit Jo.an.in di.c.j.de rel. ⁊ venera.ſctoꝝ.
aliq̃s dicere ꝙ ſi ſit illuſio vix pñt ↄtinuari
miracula vltra.xl.dies. de q̃ tñ certi nõ ſu/
mus. Et ex his dico ꝙ cũ ex ꝓceſſibꝰ factis
in cã pñtis canonizatõis ↄſtet de multꝫ mi/
raculis pꝰ mortẽ bꝰ beati pñs Bonauẽtu/
re factꝫ. vt leproſis mũdatꝫ. paralyticis ⁊ a/
lijs varijs modis infirmis curatꝫ miracu/
loſe. impiũ eẽt denegare hmõi canonizatio
nẽ. ⁊ maxie ꝓpter miraculũ lingue eiꝰ reper/
te incorrupte tpe tranſlatiõis corpis ſui. vt
patet ex multꝫ ↄteſtibꝰ. de q̃bꝰ in ꝓceſſu. Et
de lingua ſcti Antonij de Padua. de q̃ ipſe
teſtaꝛ in chronicꝫ. Nõ eñ voluit deꝰ linguã
ſcti ſui videre corruptionẽ. iuxta illud Pš.
xv. Et ne corpꝰ qḋ corrũpiꝛ aggrauaret ani
mã. iuxta illud Sap. ix. q2 cuſtodit dñs oĩa
oſſa eoꝝ. ⁊ vnũ ex eis nõ ↄtereꝛ. q̃ etiã diſſi/
pat oſſa eoꝝ q̃ hoĩbꝰ placẽt ⁊c̃. vt. pš. xxxiij.
⁊ pš. lij. licet de oĩbꝰ dictũ ſit Memento
hõ ꝙ cinis es ⁊ in cinerem reuerterꝫ ⁊c̃. ẜm
Hoſtien. ⁊ Jo. an.

D ſextũ dico ſiꝛ ↄcludendũ. nõ eſſe
a ↄtra rõnẽ miraculi ſi in liberanone
alicuius doloꝛ interueniat. vt patz
Marci. ix. ibi. ⁊ exclamãs ⁊ multuz diſcer/
pens euz. exiuit ab eo. Ubi nota q̃ntꝰ fuit
doloꝛ. q2 ſequiꝛ. et factꝰ eſt ſic̃ mortuꝰ. ita vt
multi dicerẽt. q2 mortuꝰ eſt ⁊c̃. Et h̃ etiã ſa
tis apparet ex eo qḋ ſcriptũ eſt in vita beati
Frãciſci. Rubrica. de intelligẽtia ſcptura/
rũ. vbi int̃ cetera dr̃. ſigno itaqꝫ crucꝫ ſuper
eũ facto. ſtatim q̃ ↄtractꝰ iacuerat. ſurrexit
ſanus. ⁊ in dei laudẽ ꝓrũpens. Ego inquit
ſum liberatꝰ. inſonuerũt aũt oſſa renuz eiꝰ
audiẽtibꝰ multis veluti cũ manu ligna ſic/
ca franguntꝛ. Et ſic ↄcludit etiã Archi. i. d.
c. nec mirũ. xxvj. q. v. Itẽ nõ eſt ↄtra rõnem
miraculi ꝙ fiat cũ aliq̃ adiutorio nature. vt
iiij. Regũ. v. c. de Helizeo. q̃ miſit Naaman
ꝓncipẽ militie regꝫ Syrie leproſum ad la/
uandũ ſepties in iordane. Et d̃ filio vidue
mortuo. ſup quez ſe incuruauit ꝓpha. vt in/
funderet in eũ calorẽ. iiij. Reg. iiij. Itẽ Jo.
ix. de luto facto ex ſputo q̃ liniuit chriſtus
oculos ceci nati. ⁊ de eo quẽ miſit ad lauan
dũ ad natatoriã ſyloe. ⁊ de ꝓbatica piſcina
⁊ ſilibꝰ. Itẽ nec eſt etiã ↄtra rõnez miraculi
ꝙ illud opanꝛ q̃ in ipm opando peccẽt. vnḋ
dicit glo. Num. xx. ꝙ Moyſes ⁊ Aaron qñ
cũ ꝑcuſſione virge fecerũt effluere aquã de
petra habuerũt q̃ndã inanẽ gloriã. ⁊ iõ me
ruerunt audire. Quia nõ credidiſtis mihi
vt ſanctificaretꝫ me corã filijs iſrael. iõ non
introducetꝫ hos ꝓplos in terrã quam dedi
eis. Et ſup illo v̓bo Luce. x. Nolite gaude/
re q2 ſpũs ſubijciunꝛ vobis. dicit glo. ꝙ leti
cia qua chriſtꝰ diſcipulos ſuos letos vide/
bat inanẽ gloriã ſapiebat. Gaudebãt eñ ꝙ
q̃ ſi ſublimes terribiles hoĩbꝰ ⁊ demoni/
bus erãt. iõ chriſtꝰ talez cordis elationẽ in
eis repꝛhendit. iudiciũ ruine ꝑmi angeli re/
ferẽs ⁊c̃. Nõ eſt etiã ↄtra rõnem miraculi ꝙ
ad maximã inſtãtiã etiã cũ tarditate q̃dam
fiat. vt patz Math. xv. de muliere chananea
⁊c̃. Sic etiã nõ eſt ↄtra rõnẽ miraculi ꝙ vnꝰ
ſctũs illud faciat aut facere poſſit. ⁊ aliꝰ nõ.
vt patz Math. xvij. de lunatico demonia/
co. Itẽ etiã nõ eſt ↄtra rõnẽ miraculi ꝙ ſa/
natꝰ de ꝓximo recidiuet. vt patz in legẽda
ſancte petronelle paralytice. iuxta not. in. l.
martius. ff. loca. ⁊. l. j. C. de emen. ſuoꝝ. ⁊ in
c. preterea. de cleri. ꝑcu. et in q. dñicali. lxxxiij.
de q̃ ꝑ Jo. an. in mercu. ↄtractꝰ. de reg. iur.
li. vj. ⁊ in. c. pñ ſbr. ⁊. c. ſignificaſti. de homi. ⁊ ꝑ
Bar. in. l. j. §. ſi in rixa. ff. de ſica. Sufficit ẽ
ꝙ ſanitas fuerit veriſilr duratura licz caſu
fiat momẽtanea aut recidiuet ⁊c̃. ꝑ aliquod
accidẽs culpabile et inordinatũ. Itẽ q2 nõ
eſt ↄtra rõnẽ miraculi ꝙ faciens miracula
adhuc ſit in purgatorio. vt patz de Paſcaſio
diacono. teſte Gregꝫ. in dial. ⁊ ꝑ Uincen. in
ſpecu. hyſtori. li. xxi. c. xxiiij. Itẽ nõ eſt cõtra
rõnẽ miraculi ꝙ fiat in inuitũ. vt ꝑ eundez
Uincẽ. e. li. c. liiij. Itẽ ꝙ etiã fiat in ſideribꝰ
vel elementꝫ. auibꝰ celi. aut piſcibꝰ maris. vl̓
aiantibꝰ terre. aut arboribꝰ aut lapidibus
aut alijs q̃buſcũqꝫ creaturꝫ ⁊c̃. etiã ad dãna
tionẽ ⁊ penã maloꝝ ſicut d̃ anania ⁊ zaphi/
ra Actuũ. v. ⁊ ſimilibꝰ.

Irca ſeptimũ ↄcludo ꝙ ꝑmo reqri
c tur ꝙ ꝓcedat inſtãtia aliquarũ ꝑſo/
narũ honeſtaꝝ ⁊ autẽticaruz apuḋ
Roma. pon. ⁊ ſupplicatio nõ ſemel ſed plu/
ries ⁊ inſtantꝛ ꝑ hmõi canonizatõne fienda
⁊ obtinẽda ⁊c̃. ⁊ nõ eñ ſemel ſed pluries et
inſtãter. ſic̃ no. de ↄceſſi. ⁊ de pallio vt in. c. q̃
dam cedendi de renũ. ⁊ in. c. cũ poſt petitã.
de elec. Nõ eñ ↄſueuit moueri papa ſtatim
ad cõmittẽdã hãc inq̃ſitionẽ ſed ponꝰ expe
ctare q̃ꝫdiu pulſeꝛ ⁊c̃. ꝓpter rõnes de q̃bꝰ. š.
ꝑmiſi. facit cle. q̃ꝫuis de appel. adde no. in. c.
priſca. c. di. ⁊ in. c. importuna de peni. di. ſ.
Circa qḋ dico ſufficere ſi fieret inſtantia

p̄ ep̄m ⁊ capl̄m loci illi⁹ vbi ſepulc⁹ eſt cano
nizādus ⁊ vniuerſoꝝ p̄latoꝝ et generał ca/
pituli illi⁹ ꝯgregatiōis ⁊ ordinis cuius fuit
ip̄e de cui⁹ canonizatiōe ſupplicat̄. Pōt nā/
ꝗꝫ licite inſtare religioſi p canonizatiōe ali/
cui⁹ ſcti q̄ fuit de ordie ip̄oꝝ. Nā oēs hi de
q̄bꝫ in.c.venerabili.in p̄n.de teſti. inſtabant
⁊ p̄ces porrigebāt p illiꝰ abbat̄ ſci Mar
tini canoniſatiōe.ad q̄ꝝ petitionē papa A/
lexander.iij.cōmiſit teſtiū receptionē ſup
vita ⁊ miracul̄ ei⁹.ad qđ ſignant̄ abbas no
tat illū tex. Pōt etiā tales ſupplicātes p ca/
noniſatiōe aſſumere miniſteriū partis au/
ctoritate iudic̄.⁊ illā p̄mouere ⁊ teſtes p̄du
cere tā ſup vita q̄ꝫ ſup miracul̄. vt ibi patet
ſm Jo an.⁊ alios. In caſu aūt nr̄o multo
maior p̄ceſſit inſtātia. videlicet ⁊ regū ⁊ co/
mitū ⁊ alioꝝ magnatū. vt pꝫ in p̄ceſſu. iux/
ta illud apl̄i.j.ad Thimo.ij.⁊.xxiij.diſt.§.j.
lxxviij.di.q̄d ē cito.de elec.cū nobis olim.c.
fi.eo.ti.lib.vj. Scđo req̄rit̄ q̄ expectato
aliq̄ tp̄e papa cū ꝯſilio fratꝝ in patria illiuſ
p cui⁹ canoniſatiōe inſtat̄ cōmittat duob⁹
p̄latis vł alijs p̄ſonis honeſtiſ diſcretiſ et in/
corruptibilibꝫ. vt inquirāt de fama ⁊ de de
uotione p̄pli ⁊ de alijs q̄ ſibi ſunt nūciata in
genere.q̄ ad famā nō quo ad veritatē ⁊ non
in ſpecie.⁊ q̄ ſibi deſcribāt q̄ inuenerint.et
an eis videat̄ q̄ ſup veritate earūdē ⁊ cau/
ſa in ſpecie ſit inq̄ſitio cōmittēda de vita et
miraculis ei⁹. Circa qđ dico q̄ Inno.iij.p̄/
ceſſum inq̄ſitiōis ſcti Uulſtani q̄ndam ep̄i
Uigorñ.in anglia cōmiſit Cantuarieñ.ar/
chiep̄o ⁊ ep̄o Heleñ.et ſcti Eadmūdi et de
Urbreñ.abbatibꝫ.⁊ ſic q̄ttuor p̄latis. Pōt
etiā qui facit inſtātiā p canoniſatiōe illi⁹ de
cui⁹ vita ⁊ miracul̄ eſt inq̄rendū inter illos
deputari ad hm̄ōi inq̄ſitionē faciendā.ita
p̄bat̄ d.c.venerabili.iūcta ſupſcriptiōe. Di/
co etiā ſufficere duos p̄latos tm̄.etiam vbi
cōmitteret̄ inq̄ſitio p canoniſatiōe pape.vt
refert Jo.an.factū fuiſſe in cōmiſſiōe cano
niſatiōis Gre.x.in c.vbi p̄iculū in p̄n.de ele
cti.li.vj.in nouel. Fuit eñ facta cōmiſſio ar
chiep̄o Piſano ⁊ ep̄o Mutineñ.nō q̄ ē pau
cioribꝫ q̄ꝫ duobꝫ facienda cōmiſſio.q̄z quod
a plibꝫ ſapiētibꝫ q̄rit̄ facil⁹ inuenit̄.xx.di.de
quibꝫ.⁊ p āpliores hoīes p̄fectiſſima ſitas
reuelat̄.l.fi.ad ſi.C.de fideicōmiſ.lxiij.di.ex/
tra ꝯſciam. Et integrū eſt iudiciū qđ pluri
moꝝ ſententijs ꝯfirmat̄.ſicut canones atte/
ſtant̄.c.prudentiā tuā.de offi.deleg. Et hec
eſt quedā p̄ambula inq̄ſitio ad inq̄ſitionē.
p̄paratoria ad ſolēnē ſubſequētē. Et q̄ hec
p̄ambula inq̄ſitio i genere ſit neceſſaria pa
tet ex li.ceremoniaꝝ. vbi agit̄ de canoniſati
one ſctōꝝ. In caſu aūt nr̄o hec oīa ſunt de
bite obſuata. vt pꝫ ex breuibꝫ ⁊ p̄ceſſibꝫ.ð
q̄bꝫ i actiſ. Tercio i euētū q̄ p̄mi iq̄ſitores
reſcribāt talia p q̄ videat̄ q̄ inq̄ſitio verita/
tis cōmitti debeat req̄rit̄ q̄ poſt cōpletam
hāc p̄ambulā inq̄ſitionē.itez papa diffini/
at cū ꝯſilio fratrū an ſolēnis inq̄ſitio ſit cō/
mittenda.⁊ cōmittant̄ ad min⁹ tribꝫ ex do/
minis Reuerēdiſſimis cardinalibꝫ. vni ſcꝫ
ep̄o.alij p̄ſbr̄o.⁊ alij diacono.vt pꝫ ex deci/
ſiōe d. Egidij ð bellemere. de.dc.lxxij.ad
fi.⁊ ita obſeruat̄.⁊ itez ſcribat eiſdē vł alijs
p̄latis in partibꝫ.vt in ſpecie inq̄rāt. primo
de fama.ſcđo de vita.h̄ eſt.de fide ⁊ ꝯuerſa
tione ⁊c.canonizādi. Itē de morte ⁊ mira/
culis exacte diligent̄ fidelit̄ et prudent̄ ſm
articulos ⁊ interrogatoria ſub bulla tranſ/
miſſis.⁊ qđ inuenerint remittāt ſub ſigill̄
ſuis incluſuꝫ.ſm Hoſtien.in.c.venerabili.
de teſti.p̄allegato ⁊ p no.in.c.j.de reł.⁊ vene
ra.ſan.li.vj. Qua inq̄ſitiōe remiſſa ⁊ cōple/
ta facienda ē cōmiſſio in curia aliq̄bꝫ capel
lanis pape vł alijs p̄ſonis auten.vt exami/
nēt p̄ceſſum.⁊ formēt Rubri.ſeu ſūmariuꝫ
examinādas cū exacta diligētia p papam ⁊
frēs cardinales an ſint p̄bata talia p̄pter q̄
canoniſatio ſit facienda. Et ſup h̄ debet pa
pa req̄rere ꝯſilia cardinaliū.⁊ ſi videbit̄ pa
pe q̄ faciēda ſit canoniſatio ex his q̄ erūt p
bata.tunc h̄ ſecreto p̄mitus diffiniat inter
frēs.⁊ diffinitio ſecreta teneat̄. Poſtmodū
papa coadunatis ep̄is ⁊ alijs p̄latis q̄ ſunt
aut repiunt̄ p̄ñtes tūc in curia faciat pub/
lice p̄poni ⁊ narrari p aduocatū aut p̄moto
rē fidei oīa ⁊ ſingula acta ⁊ p̄bata p̄terq̄ꝫ ſe/
cretā diffinitionē factā p̄ius in ꝯſiſtorio pri/
uato Reuerēdiſſimoꝝ d.cardi.⁊ ſup his re
quirat oim̄ ꝯſilia ⁊ vota. Naꝫ fruct⁹ diuin⁹
eſt iuſticiā receſeri.xxxv.q.ix.gue. vbi etiaꝫ
dicit̄ q̄ veritas ſepi⁹ exagitata magiſ ſp̄'en/
deſcit in lucē.faut.xxx.q.vlt.c.iudicāte. Vñ
etiā dicit̄ q̄ ibi eſt ſalus vbi multa conſilia.
Prouer.xj.⁊ reperit̄.xvj. Diſſipant̄ cogitati
ones vbi nō eſt cōſiliū. vbi vero plures ſūt
ꝯſiliarij ꝯfirmant̄. Item p̄iſtis facit l.dubi
um.C.de repudijs.l nomiatiōes.C.de ap/
pel.c.nouit.de his q̄ fiunt a p̄la.xv.q.vij.c.
ep̄s.xxxiij.diſt.peruenit. Et erit ſalus vbi

multa ſunt ꝯſilia Prouerb.xxiiij. Et multi
tudo ſapiētū ſanitas ē orbis terrarum Sap.
vj.ca. ꝛ hinc ꝙ tūc nō eſt veriſile credendū
in h eccl'iam poſſe errare. ꝛ dicit Archi.ij.q.
vj.anterior. ꝙ ꝯſiliū ꝛ deliberatio a malo
iudicio hoiem retrahit ꝛ refrenat. Deb ei
ſemꝑ ꝑcedere ꝯſiliū ꝛ iudiciū ſequi ꝛ demū
ꝑceptū. ſm Tho.ij.ij. vbi tractat de partibꝫ
prudētie. vt ſic dici poſſit edictum ꝯſultiſſi
mū.l.humanū.C.de legi.lex.c.aplice.xxxv.
q.ix. vt ſic quaſi ꝑ ora eorum videat deꝰ conſuli.
iiij. Regū.vij.c.j.q.j.iudices.q2 vbi plures
ꝯgregati fuerint in noīe meo ibi ego ſū in
medio eorum dicit dñs Matth.xviij. Et ita
repperi obſuatū ꝑ Inno.iij. in canoniſati
one ſcti homoboni cremo. vbi dicit. De fra
trū nr̃orū ꝯſilio poſt multā deliberationē
habitā cū archiepīs ꝛ epīs qui ſuꝑ h ad cō
ſiliū noſtrū admiſimꝰ. de diuina miſcdia et
ipſius ſcti meritis ꝯfidētes ipm ſctorum cata
logo duximꝰ aſcribendū. ſtatuētes vt ī die
depoſitiōis ipiꝰ eiuſdē feſtiuitas deuote a
chriſtifidelibꝫ annis ſingul' de cetero cele
bretur. ꝛ apud deū ſuffragia eius hūilit im
plorent ꝛc. vt pꝫ in eiꝰ lr̃is datis laterani
ſcdo idus Januarij pontificatꝰ ſui anno ꝑ
mo. Neceñā reqſita ponit Augꝰ. de anco. ī
li. de eccle. ptāte. q.xv arti.j. ꝛ Marti. d lau
de. in allegatio. quas fecit in canoniſatiōe ſcti
Bernardini. p aliū tñ modū nō tñ diuerſū
in effectu. ꝛ Cardi. poſt Hoſti. ꝛ Jo.an. in
dicto.c.j. de rel'. ꝛ vene. ſan. Reperit etiā in
geſtis ꝯcilij Cōſtantien. de anno. M.cccc.
xvj.v.kl'. Maij a plica ſede va. ꝑ vnione ſctē
mr̃is eccl'ie ꝑcurādis et ꝑmouēdis oībꝫ
q ꝓſperitatē religiōis chriſtiane. ꝛ cōmunē
oim mortaliū vtilitatē ꝛ ſalutē concernere
poſſent ꝛ augere. ſpeciali dei ꝓuidētia et in
ſuo noīe ꝯgregato cōmiſerūt ꝓceſſū cano
nizatiōis duorum epōrum ꝛ vniꝰ monial' ordis
ſci Aug. duobꝫ cardīalibꝫ. vt cardīali came
raceñ. tituli ſcti Criſogoni. ꝛ Oddoni car
dinali diacono tituli ſcti Georgij ad velluſ
aureū. ꝛ vni epo Ludoneñ. ꝛ qnqꝫ alijs ꝑla
tis ſecularibꝫ ꝛ religioſis pñtibꝫ in eodē cō
cilio ꝛ viue vocis oraculo. ad quorū oim rela
tionē cōmiſit idē ꝯciliū Conſtantienſe tri
bus epīs in partibꝫ regni Suecie. vbi cor
pora dictorum canonizādorum venerabant in
quiſitionē ſpecialē ꝛ ſolennē faciendā. ꝓut
facta apparet ex ꝓceſſu eorūdē. Poſtremo
debet papa ordinare ꝙ certa die oēs cōue
niant ad aliquā eccl'iam q ornata ſit pãnis
honorabilibꝫ. ꝛ ſternant tapeꝫ. ꝛ in q illumi
nent multi cerei. vbi papa ꝛ totꝰ clerus ſo
lēniter ꝯuocati ꝛ ppl's deuote aſſiſtāt. ꝛ ad il
los papa ſermonē habeat. ꝓceſſum recitās.
ꝛ inducens clerū ꝛ pplm ad orandū ꝙ deus
nō ꝑmittat illū errare in h negocio Poſtea
ꝙ flectis genibꝫ fiat deuota oro ꝛ cantet ſuc
ceſſiue hymnꝰ Veni ſctē ſpūs ꝛc. vel aliꝰ
hmōi. ſiue antiphona ꝯueniēs. Deinde ſur
gat papa ab orone. ꝛ diffiniat illū de quo agit
ſctm eſſe ꝛ ſctorum catalogo aſcribendū. ꝛ tā
quam ſctm ꝑ oēs chriſtifideles colēdū in oī ec
cleſia dei ꝛ ꝑ orbē vniuerſum. ipiuſqꝫ feſtū
ſolennizandū certa die. Et celebret papa
miſſā ſolennē in honorē canonizati pꝰ can
tatū pſalmū Te deū lau. Vñ videt eſſe miſ
ſa de ſubſtātia canoniſatiōis. ſicut in ꝯfectio
ne chriſmatis. not. in.c. te referente. de cele.
miſſ. ꝛ in collatiōe ordinū. ar. de trāſl. ꝑla.c.
inter corꝑalia. ꝛ in alijs mult' caſibꝫ. ꝛ in cō
ſecra. eccl'ie de ꝯſe. di.j. oēs baſilice. Et h
ideo. q2 fidelibꝫ nō eſt tā de ſollicita quacunqꝫ
inuētiōe fidendū quam de inſtātia orōnis hu
milis ꝛ deuote ſperādū. vt in ſili not. i.c. vbi
periculū in fi. de elec. li.vj. facit. xxiij.q.viij.
in qlibet. Et laudabile foret vt qđ ibi ſta
tuitur de electiōe pontificis ſuꝑ frequētia
orōnū ꝛ obſeruātia ieiuniorum etiā h caſu ſer
uaret. Multū eñ valēt orōnes iuſtorum. ſm
Jo. moña. ibidē. ꝛ Jo. an. ꝑ.c. diſciplina. ad
fi. xlj. di. ꝛ. xvj.q.vj. aīe defunctorum. et plene
not. in cle. ſi dñm. de rel'. et vene. ſan. in glo.
magna ad fi. Inſtāter eñ eſt orandū q2 tūc
oro impetrat. de pe. di.j. importuna. et per
Archi. in.d.c. vbi ꝑiculū. in fi. ꝛ in.c. decet. de
imu. eccl'. eo.li. Et ita rēpperi feciſſe Inn.
iij. in canoniſatiōe ſcti Vulſtani quondā epi
vigornieñ. in anglia. Vniuerſo nāqꝫ clero
ꝛ pplo ciuitatis illiꝰ ieiuniū indixit tridua
nū in quibꝫ oēs vnanimit' orarēt ꝛ peterēt ab
eo q via veritas eſt ꝛ vita. apiri ſuꝑ h viā ve
ritatis ad vitā. cū diuinū ſit iudiciū huiuſ
modi potiꝰ quam humanū. ꝛ iō maturiꝰ ꝓcedē
dum. Itē ꝙ ad ꝯſcribēda hmōi acta ſꝑ ad
hiberent tres notarij in ꝯſonātia. ſicut etiā
tres cardinales ꝛ tres cappellani adhibent
vt in ore duorū ꝛc. ꝑ.c. vt officiū. §. verū. de
here. li.vj. ꝛ.c. licet de teſti. ij.q.iiij.c.j. ꝛ Exo.
xvij. ꝛ Matth.xviij. ꝛ ad Heb.v. ꝛ.j. ad Thi
mo. vlti. vbi numerꝰ. de teſtibꝫ. Et licꝫ iniu
riā faciat ſctō qui orat ꝑ eo. q2 orōnibꝫ nr̃is

nõ indigent. ꝑ eo ꝙ cũ ſint ꝑfecte beati. om
nia eis ad vota ſuccedũt. ſed nos miſeri po
tius eoꝝ orõnibꝫ indigem⁹. vt in. c. cũ mar
the. ꝟ. iij. de cele. miſſ. tñ ſm Proſpeꝝ. ſemꝑ
eſt ſanctis q̃ creſcere poſſint. iõ ad augmẽtũ
glie ꝑ eis orare põt. et ꝓderũt orõnes ꝑ mo
dũ ſuffragij. de q̃ ꝑ Tho. in. iiij. ſniarũ diſt.
xlv. arti. ij. et ſcripſi ſuꝑ extrava. cle. vj. q̃ in
cipit vnigenit⁹ in ꝟ. electoꝝ. poſt Archi. i. c.
temp⁹. xiij. q. ij. Sunt nãqꝫ acceſſiões gra
tiarũ ſm Ray. in ſum. de pe. §. Jtez querif
vtrũ ea. ⁊ forte nõ eſſet niſi cautũ abſolue
re aĩam ei⁹ de plenaria ꝑtãte clauiũ plena
rie ad abundãtiſſimã cautelã reſultantẽ ex
alienis ꝑiculis. vt nihil poſſit dici omiſſuz.
ꝑ ea q̃ habenf in. c. a nobis de ſen. excõ art.
xj. q. iij. tue vero. Et ita feciſſe videf Calixt⁹
iij. in canoniſatiõe beati Oſmundi epi ſari
ſperieñ. in anglia dicẽs ꝑfatũ Oſmundũ ⁊c̃
benedicẽtes benedicam⁹ in ſeclo. floreatqꝫ
ſuꝑ eũ ſanctificatio nr̃a ⁊c̃. Addidit etiam
idẽ Jnno. iij. in canoniſatiõe ſcti Vulſtani
ꝓpriã collectã in ei⁹ cõmemoratiõe dicẽdaz
⁊ illius memoriã inť ſctõs catalogo ſctõrũ
aſcriptos decreuit celebrãdã ⁊c̃. vt patz in
eis lr̃is datis Flor. ij. idus maij ⁊c̃. Hic au
tẽ ordo nõ ſemꝑ ad vnguẽ hacten⁹ eſt ſuan
dus ſm Hoſti. Jo. an. Car. ⁊ alios vbi ſuꝑ
Jn libro vero cerimoniarũ apparẽt alie di
uerſe ⁊ plures ſolẽnitates ſeruãde ⁊ lauda
biles. q̃ de cõgruo videnf nõ deberi ꝑter
mitti. Cũ igif in caſu nr̃o oĩa hacten⁹ ne
ceſſaria ſint ſufficienť ⁊ ſuꝑabundãter cir
ca ꝓceſſum obſeruata. ſupplicãtibꝫ ꝓ huiuſ
modi canoniſatiõe pie mos gerẽdus eſt. cũ
iuſta petẽtibꝫ nõ ſit denegãdus aſſenſus ꝑ
l. ij. ff. de his q̃ ſunt ſui vel alie. iuris.

a D octauũ dico ↄcludendũ eſſe ad
hibendã fidẽ chro. ad arbitrium tñ
pape ⁊ collegij. d. cardinaliũ ꝑ. c. vni
cum in fi. de ſacra vnc. ⁊ ibi no. ⁊. c. in venera
bilẽ de elec. ⁊ in. c. in noĩe dñi. xxiij. di. ⁊ ĩ cle.
ij. dñm. de rel. ⁊ vene. ſan. in. ꝟ. Vrbano. ⁊ in
glo. mag in fi. ⁊ in. c. inť dilectos de fide in
ſtru vbi etiam no. Bal. ꝙ qñ ſum⁹ incerti d̃
nomĩe impatoris recurrim⁹ ad chronicas
anni ⁊ indictõez ⁊c̃. maxime ex q̃ nõ apparẽt
alie veriores. qꝛ tunc verioribꝫ eſſet ſtandũ
Facit qđ no. in cle. j. de magiſt. in. ꝟ. Bono
nie. ⁊ ꝑſertim ex q̃ maiores nr̃i eis crediđe
runt. vt no. in ꝑma ↄſtitutione digeſtoꝝ. §.
hec autẽ tria maxime q̃ ad ꝑſonas ⁊ loca in

ter quas ꝑ talibꝫ habenf ſic̃ de nr̃is in ordĩe
ſcti Franciſci. ſic̃ de libris Ariſ. ⁊ hypocra
tis not. nico. de mata. ⁊ Bal. ſuꝑ Ru. C. d̃ fi.
inſtru. ad fi. ⁊ Jo. an. in ti. de fi. inſtru. §. nũc
dicendũ. ꝟ. ꝓuatoꝝ ad fi. ⁊ Ant. de butri. in
c. ij. e. ti. ⁊ in. c. cũ venerabiľ de excep. ⁊ Bar.
⁊ An. in. l. ſ. ff. ſi cer. pe. ꝓbat. l. ſi pᷓ. ff. de ſolu
ti. ⁊ vij. mẽſe. ff. de ſta. ho. ⁊ qđ tibi ꝑ bal. et. l.
in tm̃. §. ſi eũ. cũ. l. ſeq̃n. ff. de acq̃. re. domi. ⁊
qđ ꝑ Bar poſt Odofre. in dicta ꝑma ↄſtit.
digeſtoꝝ. § hec aũt tria ſuꝑ. ꝟ. iuribꝫ et per
Bal. in. l. in tm̃. in fi. ff. de re. diui. facit inſtit.
de re. di. §. itẽ preciũ. ⁊ in Spe. de aduo. §.
nunc de exordijs. ⁊ etiã ꝑ eundẽ bar. in. l. te
ſtamẽta. C. de teſt. ⁊c̃. Et dr̃ chronica a chro
nos greco vocabulo. qđ latine tp̃s inter
ꝑtaf. qꝛ in chronica facta in ſuis tp̃ibꝫ reci
tanf. Jtẽ q̃a veritas illarũ coadiuuaf a ijs
adminiculis. ar. in. c. cũ cauſaz de ꝓba. ⁊ ibi
not. ⁊ in. l. cẽſus ⁊ monumẽta. de ꝓba. Jtez
ꝓpter eaꝝ antiquitatẽ. ⁊ qꝛ ↄſeruanf inter li
bros autẽticos. ar. ĩ. c. ad audiẽtiã de ꝑſcꝑ.
⁊. xxx. q. v. c. venit. ⁊ in auten. de his q̃ ingre.
ad appel. §. illud. ⁊ C. de fide inſtru. autẽ. ad
hec. ⁊ in. c. cũ ex lr̃is de in integ. reſti. et. l. vlť.
C. arbitri. tute. ⁊. l. ſcripturaſ C. q̃ poti. ĩ pig.
ha. ⁊. xxiij. q. ij. c. ſane. vbi daf fides ſcꝑturiſ
in colũnis ⁊ lapidibꝫ ⁊c̃. ⁊. l. cenſus ⁊ monu
mẽta. de ꝓbaf. ⁊. c. cũ cauſam. eo. ti. ⁊ ꝑ dñm
Egidiũ de bellemere in deciſioñ. lxx. q̃ inci
pit adminicula. Nec eſt curandũ ꝙ nõ ↄſtet
de noĩe eoꝝ q̃ cõpoſuerũt dicta s chronicaſ
q̃ſi ex h̃ videanf apocriphe. ar. xv. diſ. c. ſctã
romana. ꝟ. q̃ vero opuſcula. qꝛ cũ ordo ſan
cti Franciſci in oĩmoda hũilitate fundat⁹
fuerit. ⁊ iõ fratres ſui minores nuncupanf.
qui ne reꝑhendi poſſent eoꝝ noĩa ſubticu
erunt. ſcribẽtes geſta generaliuz ordis ipi⁹
ſucceſſiue. ad qđ optime faciunt q̃ꝫ pl'es au
ctoritates veteris ⁊ noue legis ⁊ canonũ et
doctorũ. ⁊ alie rõnes ad plenũ adducte per
Jo. an. in fine mercurialiũ ſuꝑ vltima. q.

a D nonũ dico ↄcludendũ cũ ſcõ tho
ma q̃libeto nono. ar. vj. ꝙ eccľia ca
nonizãdo aliquẽ vt ſctm̃ errare nõ
poſſet. qm̃ aliq̃d põt iudicari poſſibile ſm
ſe ↄſideratũ. qđ relatũ ad aliqđ extrinſecũ
impoſſibile inuenif. g̃ licet iudiciũ eoꝝ qui
preſunt eccľie poſſit errare in q̃buſlibet. ſi
ꝑſone eorũ tm̃ reſpicianf. qꝛ innitif in iudi
cando. medio fallibili. teſtimonio. ſ. huma
no. cũ inquirat ꝑ teſtes de vita ⁊ miracuľis

⁊ teſtimoniū hoīm ſit fallibile. Jtē q2 ne-
mo ſcire pōt an ſit dignus odio vel amore.
Eccēs.ix. notat in c.fi. de purga. cano. ⁊ apl's
.j. ad Corinth.iiij. Nihil mihi ꝯſci⁹ ſuz. ſed
nō in h̄ iuſtificat⁹ ſum ⁊c. ḡ multo min⁹ pa-
pa.tū ꝯſiderata diuīa ꝓuidētia q̄ eccl'iaz ſu-
am ſpūſctō dirigit vt nō erret ſic ipe ꝓmiſit
Joh.xiiij. ꝙ ſpūs adueniēs doceret omnē
veritatē. de neceſſarijs. ſ. ad ſalutē. certū eſt
ꝙ iudiciū eccl'ie vniuerſal' errare ī his q̄ ad
fidem ꝑtinēt impoſſibile ē. vñ mag' eſt ſtan
dū ſnīe pape ad quē ꝑtinet determiare de
fide quā in iudicio ꝓfert q̄ᵹ q̄rūlibet ſapien
tū hoīm in ſcripturꝫ oppoſitiōi. cū caypbas
q̄ᵹuis nequā tñ q2 pontifex legat etiā inſci⁹
ꝓpbetaſſe Joh.xj. licet in alijs q̄ ad ꝑticula
ria facta ꝑtinēt. vt cū agit̄ de poſſeſſiōib⁹ vl'
de crimib⁹ vel ſilib⁹ poſſibile ſit eccl'ie iudi-
ciū errare ꝓpter falſos teſtes. Canoniſatio
vero ſctōꝝ mediū eſt int̄ hec duo. Sed q̄a
honor quē ſctīs exhibem⁹ q̄dā fidei ꝓfeſſio
eſt. q̄ ſctōꝝ gl'iam credim⁹. pie credēdū ē ꝙ
nec etiā in his iudiciuz eccl'ie errare poſſit.
Pontifex eñ cui⁹ eſt canonizare ſctōs pōt
certificari de ſtatu alicui⁹ ꝑ inq̄ſitionē vite
⁊ atteſtationē miraculoꝝ. ⁊ p̄cipue ꝑ inſtin-
ctū ſpūſſcti q̄ oīa ſcrutat̄ etiā ꝓfunda dei. ⁊
diuīa ꝓuidentia ꝯſeruat eccl'iam ne ī talib⁹
ꝑ fallibile teſtimoniū hoīm fallat̄. Eccleſie
nāq3 auctoritas oēm excellit aliā auctorita
tē etiā ſctōꝝ patrū. vt ꝑz. ix. di. vt veteꝝ. et ꝑ
totū. ⁊ no. l. xxiiij. q. di. c.j. ⁊ .xx. di. in ſum. ⁊ c.j.
⁊ .xxvj. q. vlti. c. fi. ⁊ ꝑ doc. in. c. ne innitaris.
de ꝯſti. Hinc etiā dixit Jnno. ⁊ Cardi. poſt
eū. in. c.j. de rel'. ⁊ ve. ſan. ꝙ ſi etiā eccl'ia erra
ret (qd̄ nō eſt credēdū) tñ p̄ces bonas de⁹
accepraret. xxxiij. di. §. veꝝ. xv. q. vl. c. fi. No-
tat etiā Jo. an. in glo. in. c. gl'ioſus. de rel'. et
ve. ſan. li. vj. ꝙ etiā ſi eccl'ia in canoniſatione
erraret (qd̄ dicit nō eſſe credēdū. licet acci-
dere poſſet. c. a nobis. de ſen. ex. q.) nihilo-
min⁹ p̄ces in honorē talis accepte ⁊ grē ſūt
Per fidē nāq3 chriſti oīa purgant̄. c. vſa. de
coba. de. ⁊ mulie. Et eſto ꝙ veritas canoni
ſatiōis deficiat nō deficit fides. c. debituz
de bap. c. q. ⁊ iij. ⁊ de p̄ſ by. nō bap. Et idem
ſequit̄ Jo. in directorio iuris p̄te. j. titu. xiij
ad fi. Et iō qd̄ ſupra ꝯcludēdo dicit ſanct⁹
Thomas in ſuo q̄tlibeto. ꝯcludit etiā ma-
giſtraliter Aug⁹. de anco. in li. de eccl'. pote.
q. xiiij. ꝑncipali. arti. iij. q̄ſi ꝑ eaſdē rōnes et
rñdet ad ꝯtraria. ⁊ q. xvij. ar. iiij. vbi querit.

An oēs canonizati ꝑ papā ſint in vita eterna
licet videat̄ ſibi ꝯtrariari ꝓpter. c. ſi ſine cha
ritate. j. q. j. Et iō ſolēniter diſputādo firma
uit Re. do. Jo. de tur. cre. quondā Cardi.
ſcti Sixti ꝑ excellētes rōnes in. c. Hec eſt fi
des. xxiiij. q. j. Ad auctoritatē aūt Greg. vi-
delicet Multoꝝ corpa ſctōꝝ. Hoc vbū nō
debet eſſe in illa auctoritate. ⁊ d3 intelligi ī
veneratione p̄uata. nō publica. venerant̄ in
terris q̄rū aīe cruciant̄ in inferno. Rñdeo
verā in his tm̄ q̄ martyriū ſuſtinuerūt abſ-
q3 charitate ⁊c. iuxta ſnīam Hiero. de qua
.j. q. j. c. vide quātū bonū. dicētis. Si ſine ca
ritate martyriū recipiat̄. ⁊ corpa eoꝝ coraꝫ
homib⁹ venerant̄. ꝑfidie mag' ſunt talia q̄ᵹ
corona victorie. ⁊ tali op̄i magis pena q̄ᵹ p̄-
miū debet̄. ⁊ .xc. di. neq3. ⁊ .j. ad Coꝝ. xiij. c. ⁊
c. trāmiſſa. deberet̄. Et dicit Frāciſcus ma
roñ. puncto. xxxiq. eccl'iaſtice Hierachie. ꝙ
papa h3 angelū ꝑſonalē q̄ nō dimittit ipm
vnq̄3. ⁊ ꝙ in reb⁹ publicꝫ reſpicit ad ipm ſan
ctus Michael ſpecialit̄ ſic ad ducē ſui ex-
ercitus. Jtē veriſilr̄ de⁹ ꝑ mediū alicui⁹ vi-
ri ſcti reuelaret veritatē. vt legit̄ in legenda
ſancti Martini epi de ſuſpenſo q̄ venera-
batur vt martyr.

D decimū dico ꝯcludendū ſ̄m do.
a Egidiuz de bellemere in deciſ. ſuis
deciſ. cccccclxxvij. q̄ incipit extra ro
tā. ꝙ in informatiōe qua circa negociuz ca-
nonizatiōis alicui⁹ ⁊c. tria p̄ncipaliter. Et
p̄mo. Nō fore neceſſe vocare illos q̄rū inter-
eſt ꝑ generale edictū. Ratio q2 h̄ caſu ñ agi-
tur ꝯtra aliquā ꝑſonā certā vel incertā. nec
in directū p̄iudiciū alicui⁹ certe vel incerte
ꝑſone. ⁊ iō nō requirit̄ aliq̄ vocatio cuiuſli-
bet. licet poſſint eſſe ꝑſone aliq̄ que poſſint
p̄tendere aliqd̄ indirectū p̄iudiciū vl' inter-
eſſe vt cōmune. Jtē q2 talis act⁹ nō pōt di-
ci iudicialis. q2 nullā habet partē. vt. c. for⁹.
§. in oīni. de vbo. ſig. ⁊ in extraiudicialib⁹ ñ
requirit̄ partꝫ vocatio. Et hinc eſt ꝙ licz ſu-
perior hñs ꝑ modū ꝓuiſiōis eccl'iaz ordina-
re de bono p̄lato. habet p̄mittere bonā in-
formationē de ꝑſona electi ⁊ q̄liitate p̄latu-
re ſ̄m Jnno. in. c. cū dilecti. ⁊ c. nihil. ⁊ c. ſta-
tuimus. de elec. facit. c. cū olim. de donat. et
c. ꝯſtitutus. ij. de appel. ⁊ ꝓbat̄ ſatis. vij. q. ij.
c. j. ⁊ ij. ⁊ tamē nō req̄rit informatio illa par
tis vocationē. imo nec tenet̄ ꝓuiſor partem
audire. vt not. idez Jnno. in. c. dudū. de p̄-
ſump. ⁊ in. c. ꝓpoſuit. de ꝯceſ. p̄ben. ⁊ glo. vl.

Ad obſequiū aduenientiū fratꝝ. q̄ ſic̄ angeli. imo ſic̄ xp̄s in eis veniēs ſunt ſuſcipiendi. cū om̄i deuotōe feſtinēt. Et q̄ fratribꝫ hoſpitibꝫ ſm qđ religionis honeſtas ⁊ conſuetudo req̄rit. ꝓus orandū eſt q̄ fratribꝫ ſocient̄ in pace. q̄ cito ab oratione ſurrexerint ad eoꝝ deoſculādas manꝰ maxime ſi fuerīt ſacerdotes deuote occurrāt ⁊ humiliter genuflectāt. nullū fratrē ꝓprio appellāt nomine nec niſi fuerit patrie ꝯſuetudo tuſent Nulli ꝓrſus q̄tū in eis eſt materiā ꝓſtēt moleſtie alicuiꝰ. ſed om̄ia q̄ neceſſaria ⁊ vtilia eſtimāt bono pietatis ⁊ charitatꝭ cōponāt. Quid pace honeſtiꝰ. quid vnitate iocundiꝰ. aut cōmodiꝰ ſocialitati. q̄d charitati meliꝰ aut ꝑcioſius inuenit̄ Glorioſiſſimū q̄dē ⁊ potiſſimū liberalis aīe ⁊ cōſciētie bone indiciū. pacem ꝓximi cuſtodire. Omnē q̄tū poſſibile ē fratrū ſcādali occaſionē vitare. verecundari ſi ſociū vel ꝑ ſubreptionem offendis. Si quē aduerſum ſe frēm motū vel leuiter ſenſerint. quieſcere neſciāt quouſqꝫ ipſm humili ſtuduerint ſatiſfactione placare. Ad extraneos ſi q̄n ꝓcedunt. in verbis eoꝝ. inceſſu ⁊ habitu modeſtia fulgeat diſcipline. breuiter ⁊ pauca loquant̄. caput decent operiāt. manꝰ abſcondāt. mulieris om̄ino quātumlibet ꝓpinque. oſculū ⁊ nude manus cōtactū penitꝰ vitēt. Pro ꝑſonis que in domo vel in via fratrū ſe orōnibꝫ recōmendāt ſtatim poſt earū abſceſſum orationē faciāt ſpēalem. Defunctis fratribꝫ audito eorū tranſitu q̄ciciꝰ poſſunt ſubueniāt. ⁊ debitū ſaltē obſequiū ſoluere nulla occaſione poſtponant. Talia ſiquidē nō abſqꝫ ꝑtimeſcēde offenſe ꝑiculo negligunt̄.

## De rerum cuſtodia
## Capitulum IIII

r Es quas tenēt precipue libros. mūde teneāt ⁊ honeſte. A tactu libri nudā cohibeāt manū. que licet munda. tamē quia poroſa. ipſum facile inficit ⁊ deturpat. Turpe eſt nudos paginarū marginibꝫ imprimere digitos. vel ipſos vel certe laternā ſuper librū legendo deducere, Semper pānus ſi aſſit digito ſupponatur. alioquin ita caute tangāt ⁊ leniter. vt tāgentes quaſi nō tangere videant̄. librū ſuꝑflue apertū nō teneāt vel incaute relinquāt.

Firmacula libro paululū ſtricto ſi violētia lateſtur apponāt. Violentiā ſonicus probat. Indignus eſt libro qui negligit cuſtodire. Solent incurij quidā libros digitis. ⁊ veſtes ſaltē in manicis munde ſeruandas. ſordibꝫ ⁊ puluéribꝫ vel rebus quas tractant pene indifferēter exponere. ipſas vero extreme frequēter vilitan expoſitas. vix valent a ſocioꝝ cibo. vix ab altari. vix etiā ab ipſis calicis mappulis ꝓhibere. Qui ipſis placere ſordibꝫ cupiūt. cuſtodie curā curioſitatis cōdemnant infamia. ſueqꝫ vicium incurie. virtutis ſpē colorare nitunt̄. Grauia hec homini erudito. Qui mūdicia gaudet. honeſtatis pulcritudine delectatur.

## De profectu ⁊ defectu nouiciorum ſiue de differentia conuerſorum.
## Capitulum quintum

a Ccedit hinc neophitorū conuerſio. differens intuenda. Sunt enim quidā tractabiles. ſimplices. deuoti timoroſi. qui nihil ſibi chriſto chariꝰ eſtimātes. volūtates ꝓprias ei ſacrificant. voluntarie ꝓmpti. ad nutū nutu citius obedire. ad difficilia quelibet ꝓpter chriſtū equanimiter ꝑferēda parati. ſue quoqꝫ integritatis ſolliciti. cor ſuū ꝑ purā cōfeſſionē ⁊ aſſiduā orationē mūdare nō negligūt. Sunt in exteriori ꝯuerſatiōe diſciplinati ⁊ humiles. ſtudēt ſe in om̄ibꝫ officioſos ⁊ amabiles exhibere. Si quidē ſtudere ꝓpter deū amari. charitati ſeruire ē. Hi ſiquidē ſunt altiſſimi filij. fideles ſancte religiōis ꝓpagines. fratrū leticia. cōſocioꝝ ſolatiū. ſui glīa inſtructoris. Nā gloria patris eſt filiꝰ ſapiēs. Sūt ⁊ alij dure ceruicis. diſcipline māſueſcere neſciētes. tepidi curioſi. ſuperbi. qui q̄ ſuauis eſt dominus nō guſtantes. ſeculari dūtaxat depoſito habitu. non affectu. adhuc in moribꝫ. in ꝟbis in geſtibus. ⁊ ꝓpriarū pertinacia volūtatum ſeculo fidē ſeruant. vt monſtro mirabilius ſub religioſa veſte hominē videas ſecularē. Hi ſunt filij diffidentie adulterina plantatio. fructus inutiles ⁊ acerbi. ſociorum onꝰ et ſcandalum ſui afflictio et confuſio inſtructoris. Iuxta illđ Ira patris filiꝰ ſtultꝰ ⁊ ꝯfuſio pr̄is d' filio idiſciplīato. Ponēda ſūt pauca corporꝭ ⁊ curioſitatꝭ ⁊ ſuꝑbie ꝑdcoꝝ indicia

Vide de conuerſione …

vt cognita deniteꝛ. Cautioꝛ i bõis ãbl'as ſi
⁊ mala nõ lateãt. Tepid⁹ in ꝯuerſanõe oci
oſa ꝟba. ⁊ vanas cogitatiões noxias eſſe nõ
ꝯſpicit. Vitat' grãdib⁹. reliꝗ oia vix repu
tat iputãda. Ebetati cordis ipẽ ad ꝯſciaꝫ
de offenſis vt timoꝛꝫ filial' ignar⁹. timoratoſ
⁊ ꝯſcie puritatẽ amãteſ. fatuos ⁊ ſupſtitioſoſ
ſentẽtiat. Q ſi a toꝛpoꝛe mẽtꝫ euigilauerit. ea
ꝗ leuia exiſtimabat. q̃i hoꝛrẽda atqꝫ acrocia
ꝯtimeſcit. Vacu⁹ grã ⁊ tepid⁹. qd eſt gr̃e. ſeu
min⁹ neceſſarie tẽtõis. qd diſcipline. qd mo
rũ. qd ꝟtutꝫ ꝑfectio ꝯciliat. negligẽs illd dif/
ficile vl' certe ſupfluũ arbitraꝛ. egre doctrinã
ad talia patiꝛ. Doctoꝛẽ nimis ꝑfectũ ironi/
ca irriſiõe ꝓnũciãs. Nẽpe ſtult⁹ ſui pr̃is di
ſciplinã irridet. vt pateat qd iuxta ſapiẽtem
dr̃. Cõpedes i pedib⁹ ſtulto doctrĩa. Aial'
hõ nõ ꝑcipit ea q̃ ſunt ſpũs dei. Tepid⁹. i cõ
uerſatõe r̃miſſus. publicos moꝛes. ⁊ docto
ris monĩta negligit. ea q̃ di ſũt lãguide opa
tur. ſi qd inchoat bonũ. vix ꝑficit. tard ad di
uinũ officiũ ⁊ q̃qꝫ ꝯuentualia occurrit. ocio
gaudet. laboꝛe vl' modico lediꝛ. ⁊ facile ſe in/
firmũ vl' ad modicũ ſe fatigatũ p̃tẽdit. ſed ⁊
amoꝛe ꝓuato ſe diligẽs. q̃ carnis ſũt ſapit et
ꝯſeq̃ꝛ ex affectu. Alioꝝ q̃ꝫ defectib⁹ ñ ꝟtuti/
b⁹ herẽs. ſi q̃d min⁹ vl' negligẽter actũ inſpe/
xerit. illd i exẽplũ ad ſue velamẽ tepiditatis
aſſumit. Ficta ei ⁊ indeuota ꝯfeſſio. rara ⁊ bre
uis ꝯpũctio. inſipida ⁊ ſine intẽtiõe orõ. icir/
cũſpecta ⁊ ſine edificatiõe lectio. obedientie
moroſa ⁊ ſine deuotiõis affectu vix aliq̃lis i
pletio. Multos ei remiſſa ꝯuerſatio in ꝑ
tinos erroꝛes r̃ducit. ac viuẽdi toꝛpoꝛe r̃ſol
uit. vt nõnũq̃ꝫ ex oꝛe dñi euomaꝛ. Curio/
ſus ñ curãda curat. neceſſaria negligit. et ſui
oblit⁹ aliena ꝯſiderat notat ⁊ exploꝛat. Si
qd inſonuerit ꝟbũ ãhelat ſollicit⁹ ad ſciẽdũ
⁊ honeſtate poſtpoſita id ab inuitis ⁊ celare
foꝛſan volẽtib⁹ iuerecũde req̃rit. locꝫ ſibi nõ
ꝯceſſis. ꝯgregatiõi ⁊ collocutiõib⁹ fratꝝ ſe i/
gerit nõ vocat⁹. Cũ eũ abeſſe putauerꝫ. adeſt
impudẽs lateri. adeſt auri. vt nec ſecretũ va
leas occultare ſmonẽ. Obꝛuat ãguloſ. va
gis circũſpicit ocul'. heret ad ſingl'a q̃ occur
rũt. Cõmunes obſidet trãſit⁹. ſupueniẽti
um ⁊ foꝛẽſiũ gaudet occurſu. rumoꝛib⁹ ⁊ ſe
cularib⁹ ꝟbis hauriẽdis ⁊ referẽdis ĩtendit.
Res ſibi nõ deputatas curioſe reuoluere ñ
quieſcit. lr̃as etiã alienas ſi caſu aptas inue/
niat inſpicere nõ vereꝛ. q̃s tamẽ licet aptas
q̃libet inuẽtas vix aliq̃s niſi ſupioꝛ licite in/

ſpicit. vl' alijs inſpiciẽdas exponit. Rerũ
quoqꝫ apparat⁹ cura ſupflua curioſitatis vi/
cium clamat. Signa ꝟo ſupbie ſanct⁹ pro
ſper enumerãs. Nos indit dolẽdos enũcio
quos iã ꝯuerſos ſupbia occulte captiuat.
Ni ait ſenioꝛũ ſuoꝝ nõ obſeruãt imperata.
ſꝫ iudicãt de ſuis negligẽtijs. obiurgati aut
rebellant inſolẽter. aut murmurãt. Sim
plicitatẽ ſpũaliũ fratrũ irridẽter exagitant.
ꝑferri ſe etiã melioꝛib⁹ impudẽter affectãt.
Obſequia delata faſtidiũt. negata perti/
naciter querũt. Natales moꝛib⁹ añponũt
minoꝛes ſuos elati deſpiciũt. cõferri ſibi ali
quos poſſe nõ credũt. Nõ ſeruãt in obſe/
quio reuerentiã. in ſermone modeſtiã. i mo
rib⁹ diſciplinã. habẽt in intẽtione ꝑtinaciaꝫ
in coꝛde duriciã. in ſermocinatõe iactãtiam.
Sũt in humilitate fallaces. in locutõe moꝛ
daces. ſubiectõis impatiẽtes. temerarij i au
diẽdo. clamoꝛoſi in loquẽdo. faſtidioſi i ad/
uertẽdo. p̃ſumptuoſi i docẽdo. effrenati de/
foꝛmiꝛ in cachinnãdo. hec ſunt inſerte ſuper
bie graſſantꝫ ĩdicia. Supbus ſe ad om̃s
ꝓprie voluntatꝫ impulſus accõmodat. nec ſe
alijs ſed alios ſibi applicare cõtendit. facile ſi
bi ꝯtumeliã iudicat. ad quã irrogãdã ẽ va/
lidus. ad tolerandũ infirm⁹. Et ſe grande
aliq̃d eſſe putãs. deferre ſocijs dedignatur.
legib⁹ ſubdi ⁊ culpã recognoſcere ꝓpriã eru/
beſcit. Et licet iuxta oꝛdinis moꝛes ſe rege/
re neſciat. in ſuis oculis tamen ſapiẽs ⁊ per
fectus. ad alioꝝ inſtructõnẽ ſue p̃ſertim opi
nioni ꝯtrariã ſtomachaꝛ. repꝛhẽſus offendi
tur nũc inſufficiẽtiã vel friuolã. nunc moni
toꝛis modũ calumniãs. vt ſi ꝑſuadere ali/
quid velis. mod⁹ artẽ monitio ſtudium exi
gat quo allegationũ obſitus ſpinis ſicut eri
cius. vel irrefragabili ratiõe. vel auctoꝛitate
nõ dubia capiaꝛ. Fit igiꝛ ad obtẽperãdũ
difficilis ⁊ ad coꝛrectionẽ impatiẽs. adeo in
terdum vt ſe diſcipulũ abnuẽs. ipm̃ etiã de/
putatũ ſibi refugiat inſtructoꝛẽ. Hec om
nia ſerui dei quaſi peſtẽ moꝛtiferã deteſtãteſ
ꝑfecte ad dñm cõuertanꝛ. iuxta illud Deu/
teronomij. Perfectus eris ⁊ ſine macula cũ
dño deo tuo. Ve duplici coꝛde. ⁊ pctõri traꝫ
ingrediẽti duab⁹ vijs. Si quis ꝟo ſufficiẽ/
ter expectat⁹ ⁊ monit⁹. moꝛes coꝛrigere ac re
ligionis formã induere negligit. p̃ſertim ſi
rebellis aut cõtentioſus extiterit. nõ eſt ꝑfi/
cientiũ numero aggregãdus. Infidelis ſi
diſcedit, diſcedat ne vna ouis moꝛbida cõ/

tagione mortifera totū gregē cōtaminet.p/
uerſus ↄ inſolēs in omnis religionis ↄ diſſo/
lutionem admittit.

## De nouiter pfeſſis in ordine
## Capitulum VI

Dpfeſſionē admiſſis ſit q̄ſ maxīe cu
ra ne defluāt. pfecti quiq̄ magna ſe
diſcretiōis ſubtilitate ↄſpiciūt. ne ad
deteriora vnq̄ vl' in ope vel in cogitatōe di
labant. Si curare pua negligim⁹. ſenſibilit
ſeducti audēter etiā maiora ppetram⁹. ſuſce
ptā etiā examinis tpe diſciplinā prudēs nō
abijcit. imo nec ſuū ↄtinuo q̄ſi iam ſibi ſuffi/
ciēs deſerit inſtructorē. Eget rectore no/
uicius. eget nou⁹ directore pfeſſus. Va/
nus ↄ fictus vt inſtructoris curā euaſerit i/
ſoleſcit. aſſumit cornua. fit pſumptuoſus et
audax. ↄ quaſi vacca laſciuiēs a pma infor/
matione declinat. Ceſſat oratio. tepet deuo
tio. ↄfeſſio pctōꝝ negligit. vt putes eum aut
ſui oblitū. aut nō habere peccatū. facit q̄dē
dilata cōfeſſio vt negligēs mund⁹ appareat
licet nō exiſtat. dū culpas abſorbet obliuio
abſoluit. Multiplicant dū nō curant offen
ſe. multiplicate ne diſcernant ↄ corrigāt im/
pediunt. Multitudo peccatoꝝ ipedit ne vi/
deant. Vñ piger tūc eſt maxīe vitioſus. cū
vicia nō agnoſcit. Sic filia fatua i demino/
ratiōe erit. Juſtoꝝ aūt ſemita q̄ſi lux ſplēdēs
pcedit ↄ creſcat vſq̄ ad pfectā diē. Profeſſi ḡ
pficeant. pfectū pſumptiōē pſcribāt. dabit
ad h̄ humilitatꝫ ↄ paupertatꝫ ↄſtātia pſtuerās
affectū. ↄ curaꝝ abiectio terrenaꝝ. exercitatō
charitatꝫ. ↄ q̄ cōplectit oīa ↄſideratiōis attē/
tio. Sūma religioſi ɔ̄tus humilitas que
ipm curat pficē ↄ ↄſuat. Sine hūilitate
nulla ɔ̄tus. nulla pfectio aut acquirit aut ↄ/
uat. ɔ̄tutū ſiquidē bonū q̄dā ac ſtabile fū/
damentū hūilitas. Nēpe ſi nutet illa. ɔ̄tutū
aggregatio. illa nō eſt niſi ruina. Et q̄m ad
hūilitatē hūiliatio via ē nō erubeſcāt hūilia
Nec hūilitatꝫ officia facile reſpuāt. ac īpoſi/
ta recōmēdēt. Dis ab eis pſumptōis auda
cia pſcribat. Antiq̄oribꝫ fribꝫ i ordīe ōferāt
ſꝫ coꝝ reſpectu ſe iuniores ↄ nouicios repu
tēt. Ad exteriora vl' honoꝝ alicui⁹ officia p/
uehi nō affectēt. Multos ꝓpera nimis pro/
motio a ɔ̄tutū iā pfectu p vicium elatōis dic/
cit. Qui mōm deſerūt aīt ſciūs ad exteriora
officia vehi ñ debēt. niſi p hūilitatē diuti⁹ in
eiuſdē mōi ↄtēptu ſolidēt. Et q̄ȝ nouoꝝ ↄ iu
nioꝝ tētatio ſolet ēē facile ſuperbire neſcire

modū hūilitatꝫ ſeruare. ↄ ſi forte in aliq̄ pſint.
officij metas excedere. ac ō nimis grādia ia
ctitare. attēdāt ſibi ſup his vigilāt. Nō pt in
timo ↄſcīe teſtimonio glari veracit. niſi qui
glorio las pſcē reſpuerit. Paupertas ī oībꝫ
placeat ne itez ſiue ī libris ſiue ī alijs rez ſe
velint ſarcinul' onuſtare. pfecta rez abiec/
tio. a cura expedit mētē ab infectōe affectuū
Nēo in xpi expeditōe liberior. nil hñte. Si
aliq̄bꝫ egeāt. ſtudeāt pcitari. Sup oēs diui
tias. diuitē fac paupertas. Nec q̄ȝ ī victu ↄ
ī his q̄ carnis ſt. maxīe āplectāda. Nō ē euā
gelici paupis gaudēre ſup fluis. luxibꝫ īdulge
re. ↄ q̄ð nec diuites pñt ſꝫ velle ī oībꝫ abūda
re. nec penuriā ſtire pati. familiaritates ſup/
fluas fugiāt. Eſto aūt q̄dā oībꝫ benign⁹. ne/
mini blād⁹. pauc̄ꝫ familiarꝫ. oībꝫ equ⁹. Et ſā
ct⁹. Tria inq̄t religioſū quēlibꝫ decēt. pauca
loq̄. paucos hr̄e familiares. ↄ multū orare.
vbi mlt̄i familiares. ibi mlt̄e locutōes. ↄ ſibi
li ſingl'ares. Si familiarē admittꝫ. ſit quem
etas mores diſcretō ↄ honeſtas īſignit ↄ cō
mēdat Familiaritas ſi fuerit ordīata. nō
erit blāda iproba pueril' Eſt modeſtia q̄/
dā in ſctā familiaritate ſeueritas ē ↄ iuſticie
rectitudo. vt nullatē⁹ viciū foueat. nec p ami
co ꝓxim⁹ offēdat. Non ait ſapiēs p amico in
imic⁹ fieri ꝓximo Seculariū ōniq̄ famili
aritas idiſcreta r'ligioſi q̄etē mlt̄iplr inq̄etat
Nulli⁹ grāꝫ munuſcul' ↄparēt Si q̄d for/
te alicui vl' cā exacti neceſſaria. pſus religio
nis lege licētia ꝓ obtēta obtulerit. honeſtas
rei ↄ vilitas pcij. r'ligioſoꝝ ↄ paupū exeniū eē
pbēt Nō freq̄ntēt ꝓpinq̄s. ac exterioribꝫ ſe
iplicēt curꝫ. ſꝫ ſalutꝫ ꝓprie mēores agēde po/
ti⁹ pnie vacēt Nō cadat a mēte pfeſſio. ſꝫ
ad q̄d venerit cogitēt Pſēnt q̄ð ō q̄bꝫdā
ait. s. greg⁹. Sepe inq̄t nōnulli apte p̄uitatꝫ
vias ōſerūt. ſcr̄uatꝫ hītū ſumūt. mox vt pma
limia bñ viuēdi ↄtigerit. oblin quid fuerit
affligi iā p pnīaꝫ ō ↄſūmatꝫ neq̄tis nolunt.
laudari āt ō inchoata iuſticia appetūt. p eſſe
etiā ceterꝫ melioribꝫ ↄcupiſcūt Et p⁹ pauca
in rebꝫ ait mlt̄iplicibꝫ occupati atq̄ ipa occu
patōe ↄfuſi. ñ ſolū ppetrata mīme deplorāt
ſꝫ adhuc q̄ ōplorēt exaggerāt Scd'm ap'lꝫ
nēo militās dō iplicat ſe negocijs ſecl'a. vt ei
placeat cui ſe pbauit De ſcō legit. q̄ q̄nto
magꝫ ſe ab hūanis curis ↄ colloq̄is ſeq̄ſtra/
bat. tāto illi vicinior ↄ ꝓpinq̄or ōs erat Vi
tāda maxīe colloq̄a mlieꝝ. nō pt toto cordē
bitare cū dño q̄ mulieꝝ acceſſibꝫ copulatur

Charitatis obſeq̄a libēter impēdāt Cha
ritas ſp reddita. ſp d̄riet debitorē. Hec au
tem quō negetꝰ amicꝭ q̄ etiā debetꝰ inimicis.
Poſtq̄ꝫ vl' orōi vacauerint. vl' ad ſtudiuꝫ
ſe dederint. ad ſuiendū fratribꝫ ſurgāt. et ſi
neceſſe fuerit officiales nūc hūc. nūc illū. di/
ſcrete iñ ⁊ ꝑut oportuerit iuuēt. vt ſm apl'i/
cam doctrinā ⁊ vitā. manibꝫ ſuis laborātes
qđ bonū eſt. alioꝝ fratꝝ etiā corꝑalit' ſi fieri
pōt ꝑticipātes laboribꝫ. in charitatꝭ ſp exer
ceantꝰ opibꝫ. ⁊ cibū corꝑis non abſq̄ꝫ labore
comedāt corꝑali. vt h̄ ſctā ꝯſuetudo ipos in
hūilitate cuſtodiat. i fraterna dilectiōe ⁊ oī
ꝑfectiōe ꝯfirmet. Qui cōibꝫ inſtant. ſuiſq̄ꝫ
obſeq̄is alios portāt. ſūt corꝑali ſimul ⁊ ſpi
rituali ſuffragio ſupportādi. Merito ſin/
guli ꝑ his orāt. q̄ ꝑ cōitate laborāt. In ſpūa
libꝫ bonis martha ꝑticipet cū maria. q̄ vtꝛq̄ꝫ
ſūt ſorores. ⁊ eq̄ ſit ꝑs deſcēdentꝭ ad pliuꝫ. ⁊
ꝑmanētꝭ ad ſarcinas. ⁊ ſil'r diuidāt. Qui
nob corꝑalit' obſequūtꝰ. iuſte ſortē in neceſſa
rijs ſpūalibꝫ aſſequūtꝰ. Rurſū cōitatꝭ opi
bꝫ. familiaria nemo ꝑponat. Caritas (de q̄
ſcptū eſt) nō q̄rit q̄ ſua ſunt. ſic itelligitꝰ. q2 cō
munia ꝑprijs. nō ꝑpria cōibꝫ anponit. Cō
ſideratiōi deniq̄ꝫ an̄ oia ⁊ in oibꝫ vigilāduꝫ.
q̄ ad finē ⁊ direc. iōꝫ attēdit. Finis ad quē
nr̄a tēdit ꝑfeſſio. regni dei vl' potiꝰ ipe deus
Directio. ſ. illa q̄ tēditꝰ. mētis ē puritas. ad
ipm ꝑncipaliter directa. Herēdū ingit' his
duobꝫ. Neceſſe ē eīm mentē ꝯſiderare. q̄ re
currat. cui q̄ꝫ ꝑncipalit' inhereat. nō herētē ꝑ
ſinglas horas atq̄ꝫ momēta ꝑ incurſuū va/
rietate mutari. atq̄ꝫ ex his q̄ extrinſecꝰ acci/
dūt in illū ſtatū ꝯtinuo trāſformari q̄ ꝑmuſ
occurrerit. Hinc ē q̄ m'lto ſp ꝑpt amore ma
xima ꝯtēnentes. ꝑſtinū tñ affectū in minimis
retētātes. Poſtremo videmꝰ ꝑ q̄ꝑbio. ꝑ acu
calo moq̄ꝫ ꝯmoueri. Iraſcūtꝰ mobilit' ⁊ infla
tur veluti q̄ ñ habeāt aplicā caritatē Qui
ſi ꝯtēplatiōnē mūdi cordis firā tenerēt. nū/
q̄ꝫ ꝑ puis rebꝫ admitterēt qđ ne ꝑ magnis ac
ꝑcioſis icurrerēt opibꝫ. eaſdē penitꝰ abijcere
maluerūt. Vñ liq̄t ꝑfectū nō ſtatim ſecul
tatū ſeu dignitatū abiectiōe ꝯtingi. vbi fue/
rit caritas illa cuiꝰ apl's mēbra d'ſcribit. q̄ i
ſola cordis puritate ꝯſiſtit. Nā q̄d eſt ñ emu
lari. nō inflari nō irritari. ⁊ reliq̄. niſi cor ꝑfe
ctū atq̄ꝫ mūdiſſimū deo offerre. ⁊ itactū a cū
ctis ꝑturbatiōibꝫ cuſtodire. Quicq̄d ḡ nos
ad hāc puritatē ꝑt dirigere. tota v̄tute ſectā
dū eſt. Quicq̄d āt ab hac ꝑt retrahere. q̄ꝫ vis
neceſſariū ⁊ vtile videatꝰ. vt ꝑniciosū ⁊ noxiū
deuitādū. Sine via tēdētibꝫ. labor ē in/
ueris nō ꝑfectꝰ. Opantꝰ ⁊ ſeruāt q̄ꝫmatie
puritatē ꝑfecta hūilitas. ⁊ expeditio mētis a
terrenis. Erit deniq̄ꝫ vt purꝰ animꝰ pura
deū orōe frequētet. frequētādo guſtet. guſtā
do ꝑbet q̄ꝫ ſuauis ē dñs Erit deniq̄ꝫ vt di
uino inebriatꝰ amore. totā in deū ꝯſideratōꝫ
inflectat. toto i ipum deſiderio ꝑgat. nil ei ſit
dulcꝰ. nihil iocūdiꝰ i hac vita q̄ꝫ vacare ⁊ vi
dere q̄m ipe eſt ds. qđ ē in ꝑtibꝫ ꝯſideranōis
potiſſimū. Affecta ſic aīa ꝯꝑhēdit ample
ctitꝰ ⁊ ſtringit ⁊ tenet dicēs. Tenui eū nec di/
mittā. Puritas itaq̄ꝫ via ē regia per quā ad
ſpōſi amplexꝰ. ꝑ quā tandē ad ꝑriaꝫ ꝑuenitꝰ
Per hāc tādē veri iſraelite deſ̄tute in v̄tutē
donec videatꝰ dꝰ deoꝝ in ſyon deſiderij greſ
ſu indeclinabili gradiuntꝰ. ꝑpm ſuꝑ omia di/
ligunt. nihil eiꝰ amori ꝑponūt in via quē ha
bituri ſunt mercedē in patria Et nūc ego
qui licet admodū imꝑfectus ⁊ rudis. ꝑ obe
dientiā tñ erudiēdis ſimplicibꝫ aliqua h̄ do
cumēta cōgeſſi. pulcrū depingēs hoīem pi/
ctor fedꝰ. eos ſupplex ꝑ dñm obſecro. vt me
ſibi. ⁊ ſi minꝰ ꝑficuū. tamē beniuolū attēden
tes. in orōibꝫ ſuis mei meminerint peccato/
ris. quatenꝰ orātibꝫ eis. meoꝝ veniā peccato
rum aſſecutꝰ. in potētias dñi vna cū eis me
rear introire. ipo miſericordiaꝝ dño id pre/
ſtante. cui eſt honor ⁊ gloria in ſecula ſeculo
rum Amen.

Explicit Speculū diſcipline

# Sequuntur mora

lia quedā documēta extracta ex ſpeculo di/
ſcipline ſub tribꝫ metris infra in rubro cōp/
henſa ꝑ nouis ⁊ iunioribꝫ. in corde. colloca
torio ſiue locutiōe. ⁊ in choro maxime ꝑ alijſ
intuēda. Et ꝑmo de cordis diſciplina oñ
dēdo vicia. ⁊ quo ad fugā earū ē diſcernēdū
Frater mi charíſſime cuꝫ bene hec fugeris
cordis diſciplinā habebis. Ideo intꝰ et ex/
tra his q̄ ſequūtꝰ vel alijs renūcia. Primo
res peculiareſ. Secūdo reatū peccati. Ter
tio vagationē mētis. Quarto vecordiam
Quinto ꝑpriā voluntatē. Sexto ꝑſumptio
nem. Septimo irreuerētiā. Sine q̄bꝫ in re
ligione nr̄a frat' q̄libet ad opandū bñ cēſetꝰ
expeditꝰ. Cū deo vale frat' ꝑamāde.
Frater hoſpes veniꝰ. iſto dogmate tētꝰ
Res, re, va, ve, p, ꝑ, ir, hinc fugito mi vir.

Incipit vtiliſſima quedã ep̃la eximij et deuoti doctoris Bonauẽture. q̃ eſt quaſi q̃dam regula ⁊ inſtitutio oĩm pie ⁊ ſpũalit̃ in xp̃o viuere volẽtiũ. ⁊ diſtinguit̃ in. xxv. memorialia. vt infer⁹ patebit.

Prologus.

# IN chriſto ſuo dilecto. F. Bonauẽtura d̃ balneo

regio cõfrater ei⁹ in dño. Qualicũqꝫ hoĩe veteri iã exuto. xp̃o viuere ⁊ mori mũdo. Qm̃ dilecte mi frat̃ i dño adhuc me in p̃ſentia tibi poſito mihi inſtãtiſſime ſupplicaſti. vt te ĩ poſteꝝ aliq̇bꝫ lr̃is exhortatõiſ viſitarẽ. Noui frat̃ q̄ hec dicẽs ardẽtes pruinas ↄgeris ſuper caput meũ. Verũtamẽ affectuoſe inſtãdo duricie mee ſupbiã ſupplici humilitate viciſti. intm̃ vt ip̄e iã p̃mitterem qd̃ optabas. q̃uis mag̃ dignũ foret hec me a te quidẽ ſuſcipe q̃ me tibi hm̃õi deſtinare Quia tñ inſtãtia tue deuotiõis me cõpellit ſtultũ fieri in p̃te iſta. ſic potero qualitercunqꝫ experiar qd̃ hortar̃. Nõ tñ tibi alia ſpecialia ſcribẽs niſi ea q̃ rudia ⁊ ſimplicia mihi ip̄i colligere ꝓponebã et q̇bꝫ iã plurima bene noſti. Sꝫ interim alloquẽs dilectiõem tuã chariſſime. cũ null⁹ ſic experiẽtia certa docꝫ p̃fecte deo ſuire poſſit. niſi diſſoluere omnino ſe ꝓcuret a mũdo. oportet ſi ſeq̇ volum⁹ dñm ſaluatorẽ. voci noſ ꝓphetice obedire. vt ſcꝫ p̃ctõꝝ colligatiõibꝫ diſſolutiꝫ diſſoluam⁹ faſciculos deprimẽtes. quaten⁹ a terrenis actibus diſſoluti ſeq̄mur liberis greſſibꝫ redẽptorẽ. q2 iuxta ap̃li teſtimoniũ. nemo militans deo dꝫ ſe negocijs ſecularibꝫ implicare. Nũqꝫ ĝ de aliqua re creata niſi in q̃tũ noſtꝝ excitet diuini amoꝛꝫ ⁊ dilectiõis affectũ. coꝛ noſtꝝ eſſe ſollicitũ p̃mittam⁹. q2 multiplex reꝝ labentiũ varietas pl⁹ debito ruminata nõ ſolũ aĩm diſtrahẽdo. pacate mẽtis gratã interrũpit quietẽ. veꝝ etiã in aĩmo gignẽdo phantaſias. turbulẽte quaſſatiõis moleſtia importune ĩpellit eandẽ. Sꝫ poci⁹ affectionis oĩm terrenoꝝ ſarcina oneroſa depoſita. abſqꝫ retardatiõis grauedĩe curram⁹ ad illũ q̇ nos ſalubriter inuitat. in q̃ eſt aiaꝝ opulẽta refectio ⁊ pax ſũma q̃ exupat omnẽ ſenſum. Venite ad me inq̇t omes q̇ laboratꝫ ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiã vos. O dñe q̇ indigeſ q̃re vocas. q̇d tibi cõmune nobiſcũ. O vere pietatꝫ vox. Venite ad me inq̇t. ⁊ ego reficiã vos. O dei nr̃i dignatio admirabil̃. O charitas ineffabil̃. Quis eñ aliq̃n fecit talia. q̇s vnqꝫ audiuit. q̇s vt ↄſpexit ſilia. Ecce inuitat inimicos. hortat̃ reos. allicit ingr̃os. Venite inq̇t ad me omes. Et diſcite ad me. Tollite iugũ meũ ſup vos. ⁊ inuenietꝫ requiẽ aiabus veſtrꝫ. O v̄ba dulcia. v̄ba deifica. ⁊ penetrabilioꝛa oĩ gladio ancipiti. intima p̃coꝛdioꝝ euiſcerãcia. nimiaqꝫ repleta dulcedine vſqꝫ ad diuiſionẽ aie p̄tingẽtia. Expgiſcere nũc o aia xp̄iana ad tãte benignitatꝫ amorẽ dulcedinis tãte ſaporẽ. ⁊ ad tãte ſuauitatis odorẽ. Certe q̇ iſta nõ ſencit infirm⁹ eſt. alienat⁹ eſt. iã p̄ximat morti. Inardeſce queſo o aia mea. pigueſce amore. dulceſce ſapore. nemo te ꝓhibeat ĩtrare. tenere. guſtare. Quid ampli⁹ querim⁹. q̇d vltra expectam⁹. q̇d deſideram⁹ ĩ hac vita. Habem⁹ in xp̄o oĩa bona. Sꝫ heu o inſania nr̃a mirabilis. O infirmitas miſerabil̃. O veſania deteſtabilis. Nã vocamur ad requiẽ. ⁊ ſeq̄mur laborem Inuitamur ad ſolatiũ ⁊ q̃rim⁹ dolorẽ. Promittit̃ gaudiũ ⁊ appetim⁹ merorẽ. Mirabil̃ ꝓrſus infirmitas. miſeraqꝫ ꝑuerſitas. Iam oẽs ĩſenſibiles facti ſum⁹. ⁊ q̇ſi deteriores ſimulacris. hñtes oculos ⁊ nõ vidẽtes. aureſ ⁊ nõ audiẽtes. rõem ⁊ nõ diſcernẽtes. amaꝝ dulce ⁊ dulce amaꝝ ponẽtes. O de⁹ vñ nob̃ tãte ꝑuerſitatꝫ correptio. vñ nob̃ tãte offenſionis ſatiſfactio. Certe nihil tale inuenit̃ in nobis niſi tuo munere tribuat̃. Tu eñ ſol⁹ potes nos corrigere. tu ſol⁹ p̄ nr̃is delictis ſatiſfacere. q̇ ſol⁹ noſti figmẽtũ nr̃m. ſal⁹ ⁊ redempcio nr̃a. q̇ ſolũ illis ħ factis q̇ ſe miſ̃os ↄſpiciẽtes in imis. a te ſolũ releuari ↄfidũt. Leuem⁹ ĝ ad deũ mẽtis nr̄e oculos in directo. ⁊ videam⁹ vbi nũc ꝓſtrati ſum⁹. Qm̃ q̇ p̃priũ ſuũ caſum ignorat. ſurgere min⁹ curat. Cognoſcẽtes ꝙo clamem⁹ in fortitudine ad deũ de ꝓfundis vt nobiſ adiutricẽ porrigat miſericordie ſue manũ q̃ abbreuiari nunq̄ poterit ad ſaluandũ. Nõ q̇ſo ↄfidẽtiã amittam⁹. magnã remũeratõꝫ habentẽ. Adeam⁹ thronũ gr̃e ei⁹ cũ fiducia. fructũ noſtre fidei reportãtes. ſalutẽ ſcꝫ aiaꝝ nr̃aꝝ. Nulla nob̃ inſit cũctacio. Iã eñ vita nos vocat. ſal⁹ expectat. tribulatio cõpellit ĩtrare. Quid ĝ facim⁹. q̇d pigritam⁹. q̇d moras ↄtrahim⁹ Feſtinem⁹ ingredi in illã requiẽ iocũditatꝫ eterne. vbi ſunt magna ⁊ inſcrutabilia. q̃ꝝ nõ eſt numer⁹. Aſcẽdat q̇ſo hierl̃m coꝛ noſtrũ. ſuſpirem⁹ ad patriã noſtrã. tẽdam⁹ ſurſum ad m̃rem nr̃am. Introeam⁹ in potentiã dñi. et

ſtituecamur noſtꝝ regẽ in ea regnãtẽ. ⁊ liq̃ue
ſcãt in miſeratiõib⁹ ei⁹ corda nr̃a. Agam⁹ il
li gr̃as toto corde q̃ defectũ nr̃e ingratitudi
nis nõ ꝯſiderãs. ſue nõ abſtulit a nob̃ miſe/
ricordie pietatẽ. deſideriũ nobis tribuens
ſpi⁹ viã currere mãdatorũ. quã ſine deſide/
rio nulli⁹ currere põt. qđ quidẽ mun⁹ nõ eſt
vilipẽdendũ. ſ; gr̃e reputandũ. cũ ppheta
ille eximi⁹ ſe aſſerat cõcupiſſe q̃ ait. Cõcupi/
uit aĩa mea deſiderare iuſtificatiões tuas i
omĩ tp̃e. S; q: hoc ip̃m deſideriũ aliq̃n ni/
mia tepiditate nr̃e icurie ⁊ negligẽtie laſſa/
ſcit. cogitaui quedã incitatiõis hui⁹ memo/
rialia annotare in q̄b⁹ fugiẽda pateãt ⁊ ſeq̃n
da. que q̄dẽ cũ affectu affect uoſe ſpeculãtes
ꝯſtino vigore reſumpto tã diu infatigabilit
ꝟtutib⁹ ⁊ gratijs i charitate diuĩa creſcam⁹.
quoadusq; ꝑfectũ veniat deſideriũ collium
eternoꝝ. Ponant aũt memorialiũ p̄dictoꝝ
ꝑus quedã generalia. poſtmodũ ſpecialib⁹
ſubſequẽtibus. Memoralia generalia

Unt ĝ hec quedã ꝟtutes ꝓbate in iuue
nib⁹ ⁊ ſcã!e ſalutĩ. ꝑ quas ſine dubio ad
ꝑfectiõem ꝟtutũ ⁊ culmẽ glorie poſſunt aſcẽ
dere fideliter exercitati ꝑ eas. videlicet ſcrã
verecũdia in cũctis reb⁹ ⁊ actib⁹ ſuis. tardi/
tas loquẽdi. ꝓmptitudo obediẽdi. freq̃nta/
tio orõnis. fugere ociũ ⁊ diſſolutiões. pure ⁊
frequẽter ꝯfiteri. libẽter ſeruire. ⁊ infructuo
ſum ꝯſortiũ deuitare. Hec nãq; ſunt marga
rite fulgẽtes q̃ poſſeſſorẽ ſuũ deo ⁊ angel' fa
ciũt gratioſũ. Dũ aũt ei placuerit q̃ te ſegre/
gauit ex vtero mr̃is tue. vocauitq; ꝑ gr̃a; ſu
am. vt i te reuelet imaginẽ filij ſui. de miſera
bili ſuitute egyptiaca trãſferẽs te in liberta
tẽ filioꝝ dei. iãq; in viã noui hoĩs incepis pe
dem ponere. q̃ in' timorẽ ⁊ amorẽ hũilitat; ẽ
ſemita ꝯſtituta. tũc ꝑ eandẽ hũilitat; viã ad
eminẽtiora ꝯſcẽdẽs. poter; te i altiorib⁹ exer
cere ex q̄b⁹ certa memorialia ſubſcribũt.

De cõcupiſcentijs mortificandis
Primum

Poter ĝ aĩ oĩa te cupientẽ veſtigia ſeq̃
ſaluatoꝝ. vt ſpe; tuã totã fixã i dño ha/
beas. d oib⁹ h⁹ mũi ꝯſolatõib⁹ peit⁹ dſperãs

De vicijs extirpandis

Ecundũ eſt vt ab oib⁹ vicijs ⁊ ꝯcupiſcẽ
tijs mal' inquantũ ſuſtinet hũana cõdi
tio. teip̃m ſtudeas penit⁹ emũdare. vt fermẽ
to veteri toti⁹ malicie ⁊ nequitie expurgato.
ambules i nouitate vite p⁹ xp̃m. q: niſi ꝓus
hmõi catenas inq̃tat; ꝯfregerĩ. aĩa tua in te
nebr; aggregata ad celeſtia nĩ potit eleuari

De colligatiõib⁹ reſecandis

Ertiũ eſt. vt a teip̃o diſſoluas oẽm col
ligationẽ extrinſecã. vt ſana ⁊ pura mẽ/
te poſſis deo colligari.

De tribulatiõib⁹ cũ patiẽtia tolerãdis

Uartũ eſt. vt amore altiſſimi ⁊ ſpõſi tui
xp̃i om̃es mũdi hui⁹ ꝑſecutões eq̃nimi
ter feras. imo ſi poſſibile ẽ ꝓ voto ſuſcipiẽs
ſolũ in xp̃i paſſionib⁹ delecter;. renuẽſq; om
nẽ tp̃alẽ leticiã. i ip̃is tribulatõib⁹ hilareſcaſ
om̃es reputãs tibi eſſe ad purgationẽ pec/
caminũ. ⁊ lucrũ aĩe tue ꝓparatas.

Ut de nulla re cõquereris

Uintũ vt cũ creatorẽ tuũ ⁊ oĩm te ſenti
as offendiſſe. rõ; tibi fieri nõ poſcaſ ab
aliq̃ creata. De paupertate ſuſpi⁹

Extũ. vt habeas deſpectui temẽtipſu;.
cupiẽs ab oib⁹ deſpici. zelanſq; ſacratiſ
ſimã paupertatẽ in om̃ib⁹ que ad te ſpectant.
Aſperitatẽ. vilitatẽ. ⁊ parcitatẽ habeas q̃n/
tũ potes. nõ tñ in alijs requiras ſ; poti⁹ letus
⁊ gaudẽs dom̃i ꝯſolatiõe fraterna. eis ſicut
oportet obſequẽdo ⁊ miſtrãdo aſſiſtas. ois
ꝯſolatiõis eos reputãs eſſe dignos. niſi qđ
abſit. ita tibi in aliquo pateret diuĩa offenſa
q̃ om̃i excuſatiõe careret. de qua cõpatiẽdo
⁊ timẽdo ex intimo corde doleaſ q̃ñtũ potes

De honoribus fugiendis.

Eptimũ eſt. vt om̃i tp̃e in timore ſtans
blãdicias h⁹ ſeculi. honores. gl'ias. vel
fauores. auraſq; vane gl'ie quaſi mortiferas
peſtes oĩno fugias toto poſſe. ſtanſq; conti
nuo i teip̃o. om̃i hora habeas te ſuſpectum
q: ſi tuip̃ſi⁹ victoriã fuer; aſſecut⁹. null⁹ ho/
ſtis interi⁹ vl' exteri⁹ tibi nocebit.

De humilitate vera

Ctauũ eſt. vt amore illi⁹ q̃ cũ ſit domi⁹
oĩm celeſtiũ terreſtriũ ⁊ infernoꝝ. ꝓ no/
bis aſſumpſit viliſſimã ſerui formã i ea ſub/
ijciens ſe volũtarie hoĩm poteſtati. humiliã
do teip̃m oẽm hoĩem reputes tuũ dñm ⁊ te
veriſſime reputes ſeruũ oĩm. ⁊ in om̃ib⁹ cir
ca hoĩem te reputes ſicut ſeruũ. Sic ei trã/
q̃llitatẽ ⁊ pacẽ cũ om̃ib⁹ ꝑpetuã obtinẽs. ſcã
dalũ penitus ignorabis.

De pace anime ⁊ quomodo habet.

Onũ. vt nihil coꝝ tãgas q̃ te ſpiritua/
li vtilitate nõ tãgũt. h̃ eſt. de nulla re cu
res vel ĩplices te i aliq̃ exteri⁹ vel interius q̃/
uo mõ vbi nõ inuenis aĩe tue lucrũ. nec in
hmõi te ab aliq̃ implicari ꝑmittas.

# Vigintiquinqꝫ memorialia

### De cuſtodia ſenſuum

Decimū. vt viſui atqꝫ oībꝫ ſenſibꝫ corpīſ oīmimodā cuſtodiā ponas. ita vt nihil ꝓrſus velis videre vł audire aut tāgere. niſi vtilia aīe tue. Linguā etiā diligētiſſime reſtringas vt nihil loqris niſi interrogatꝰ. vel neceſſitate vł vtilitate euidēti coactꝰ. ⁊ tunc cū reuerētia aīi ⁊ amorꝫ dulcedine breuit̃ ⁊ ſubmiſſe ſi potes. ſꝑ deuitās ꝓlixitatē ṽboꝝ eoꝝ occaſiões intra poſſe ꝑſcindēs.

### De ſolitudine ⁊ vigilijs

Vndecimū vt gratā ſanctāqꝫ ſolitudinē deſiderās. oīmi tꝑe opatiõez vigiliaruz habeas ꝑcioſam. in ipis ſꝑ offerēs deo orationes tuas cū attētione ṽboꝝ. deuotionis feruore ⁊ humilitate ꝓfunda.

### De diuino officio

Duodecimū. vt cū debes diuinū officiū celebrare ita factꝰ i teiþo qꝫ tꝰ obliuiſcaris oīm terrenoꝝ. qtenꝰ fixa mēte celeſtibꝫ inſiſtēs myſterijs cū tāta illud deuotiōe. reuerentia. gaudio. ac timore ꝓſoluas. qſi int̃ angeloꝝ agmina ꝯſtitutꝰ diuino ꝯſpectui laudes ꝑſentialit̃ offeras cū eiſdē.

### ℭ Sup oīa habeas in deuotiõe virginē glorioſam.

Tertiūdecimū. vt glioſam reginā domini nr̃i mr̃em bñdictaꝫ in ſūmo habeas oīmi tꝑe venerationis affectu. ⁊ i cūctis ad eā neceſſitatibꝫ ꝑiculis ⁊ ꝑſſuris tāqꝫ ad refugiū tutiſſimū te ꝯuertas. ipiꝰ tutele ꝑſidium flagitādo. eāqꝫ in tuā ſuſcipiēs aduocatā deuotiſſime ac ſecure tuā ei cām cõmittas. qa mr̃ eſt miſericordie. ſtudeq̃ ſtudēs ei ſpēalem ⁊ ſingularē reuerētiā exhibere. Et vt tua deuotio ſit ei accepta ⁊ reuerētia gr̃a. ipiꝰ puritatē ⁊ mūdiciā oīmi ṽtute mēte ⁊ corꝑe illibate in teiþo ſeruādo toto conatu nitarꝫ hūilitate ⁊ māſuetudine eiꝰ veſtigia imitari.

### Quō fugiēda ſunt ꝯſortia mulieꝝ

Quartūdecimū. vt vbicūqꝫ mulieres et ṽgines ⁊ iuuenes qſcūqꝫ ꝑter neceſſitatis vł manifeſte vtilitatꝫ cauſaꝫ deuites. Et vnū vbicūqꝫ fueris elige tibi ꝑrem viꝝ qdē ſanctū diſcretū ⁊ piū. doctū potꝰ experiētia opis qꝫ ſublimitate ſmonis. q te ṽbis ⁊ exēplis efficacibꝫ ⁊ ꝓbatis ad diuinū amorē inſtruat ⁊ inflāmet. ad quē in cūctis neceſſitatibus tuis poſſis hr̃e recurſū ⁊ ſpūale ſolam.

### De fuga accidie ⁊ triſticie.

Quītūdecimū. vt omnē frigiditatē accidie ⁊ triſticie in q latet via ꝯfuſionis. q ducit ad mortē. a teiþo ſūmo ſtudio depellens. interiꝰ exteriuſqꝫ ſerenꝰ ſꝑ ⁊ trāquillus exiſtas. nulli vllo mō ꝯtradicās ł reſiſtas in aliq. ſꝫ potꝰ oīmi modo. ꝓ oīa oīmibꝫ acqeſcens dūmodo diuine laudi vel ſaluti anime nõ obſiſtat.

### ℭ Ut de oīmibꝫ habeas bonū exemplū

Sextūdecimū. vt oīmes affectiões tuas ac volūtates ꝯformes diuie voluntati. Oīa te edificēt. neqꝫ te dedificet aliqd i hꝫ mūdo puritatꝫ ⁊ inocētie gr̃a diuini tibi muneris elargite. nec alioꝝ piꝰ debito defectibꝫ ꝑturbatꝰ. iniqtati addēdo iniqtatez. alienis ſordibꝫ polluaris ne dū cupis alios de pelago liberare. deteriꝰ ipē corruas in ꝓfunduz. Ponꝰ igit̃ oīa qbꝫ nõ potes ſine detrimēto ꝓdeſſe opiens charitate benigna illi ſumme ſapiētie derelinquas q nouit bona ð malis eligere qbuſcūqꝫ. ſicqꝫ in bonis opibꝫ pariter atqꝫ malis ſpiritualē dñō ꝓcedēte poteris repire ꝓfectum.

### De cuſtodia cordis

Septimūdecimū. vt cor tuū ſeruās omni cuſtodia. ſolqꝫ ſpiritualibꝫ exercitiis deditū. nulle ibi reꝝ viſibiliū imprimant̃ cõcupiſcētie. vt creaturis oīmibꝫ alienū libere poſſit vacare omniū creatori.

### De charitate ad ꝓximos.

Octauūdecimū. vt imaginē ac ſimilitudinē maieſtatis diuine ꝯſiderās i cunctis hoībꝫ. ita oīmes diligas in me charitatiſ affectu. omniūqꝫ ⁊ maxime infirmoꝝ ⁊ qrūcūqꝫ indigenniū curaꝫ geras. dūmodo circa ſpūalia tibi nõ fiat nociua diſtractio. ſic bona mr̃ diligit atqꝫ curat vnicū filiū ꝑdilectū.

### De orōibꝫ cū opibꝫ ſanctis.

Nonūdecimū. vt cõtinue mentē tuā ita habeas ordinatā cū deo qꝫ oīme opꝰ tuum atqꝫ exercitiū tā mētis qꝫ corꝑis ſit orō. oīaqꝫ ſeruitia ⁊ maxime hūilioꝛa cū tanto facias charitatꝫ feruore. ac ſi ea xp̃o corꝑaliter exhiberes. Qð certe debes ⁊ potes ṽaciter cogitare qm̃ ipē dixit i euāgelio. Qð vni ex minimis meis feciſtꝫ. mihi feciſtis.

### De obedientia ſancta

Vceſimū. vt honorē ⁊ reuerentiā omnibꝫ tā debitā qꝫ deuotā ſanctiſſime obediētie normā. nõ ſolū magnis veꝝ etiā minimis quaſi pupillā ſtudeas ſꝑ ſeruare illeſaꝫ obediēs quidē nõ ſolū maioribꝫ. vt ꝑlatꝫ. verū etiā minoribꝫ oīmibꝫ te ſubijciēs quibuſcūqꝫ. abnegādo teiþum ꝑ xp̃o. In bonis et

indifferētibꝫ ſemꝑ alteriꝰ ſtudeas facere vo/
luntatē.in nullo ꝑbens te alicui onerosum.
ſed potiꝰ in charitate xp̄i diligēs vniuerſos
teipm̄ cōmunie oībꝫ gratū reddēs. Affa/
bilitates amicitias ꝛ familiaritates fugias
ſingulares. Sūmopꝫ caueas ne vnq̄ꝫ vbo
vel facto vel geſtu alicuiꝰ rancoris. odij. cla/
moris. iniurie. turbatiōis. murmuratiōis.
detractiōis.ſcādali. ꝛ adulatiōis. ꝛ q̄rūcūqꝫ
ſimiliū. aliqua rōne vl̄ mōꝑ te vel aliū cauſa
vel occaſio ſias.

¶ Cōſolationem tribulatiōes occulte te/
neas.

Jceſimūꝑimū. vt virtutes vel gratias
ſpūales quas in te vel ꝑ te diuina miſe/
ricordia opari dignať. tribulatiōes ꝛ p̄relia
ꝯtritiſqꝫ ꝑpoſitū vel ſimilia ab oībꝫ abſcō/
dere ſtudeas q̄tū potes.his tamē exceptis
que ꝓprio ſacerdoti in ꝓpria debēt accuſatōe
detegi.niſi forte alicui tuo ſpeciali ac ꝓbato
amico ea ſpūalis vtilitatis grā reuelareſ.cu
ius cōſiliū vel doctrinā in hmōi credas tibi
poſſe valere. Solliciťꝰ ſemꝑ ſis furari tem/
pus vbiqꝫ vt poſſis ſolite oratiōi ꝛ medita/
tioni ſancte vacare vt ſedēdo ſolitariꝰ eleua
tus ſis deſiderio ad ſupna.

¶ Deū ſemꝑ ꝛ vbiqꝫ habeas ī memoria

Jceſimūſecundū. vt ſolutꝰ ab omnibꝫ
creaturis tāto mētis conatu deſiderij/
qꝫ feruore circa tuū creatorē intēdas. vt q̄ſi
omniū inferioꝝ oblitꝰ. q̄cquid agas ꝛ vbicū
qꝫ ſteteris. ꝛ q̄bucūqꝫ negocijs implicueris.
die ac nocte ꝛ omī momēto ꝛ hora deū ſem/
per habeas ī memoria.credēs ꝛ cogitans te
eē veriſſime corā eo. ꝛ ipm̄ cogitās vndiqꝫ te
inſpicere. Hec aūt cogita cū magna reueren
tia ac timore pariť ꝛ amore . ꝛ cū magna di/
ſcretione .nūc anī pedes immēſe maieſtatis
eiꝰ ꝓſtratꝰ .corde amariſſimo pctōꝝ veniā
poſtulādo.nūc ſacratiſſime paſſiōis filij dei
gladio cōpaſſiōis.corā eiꝰ cruce vulneratuſ
cū eo.lachrymoſus ꝛ flebilis apparēdo.nūc
totiꝰ vite iľꝰ decurſuꝫ. obliquitati tue velut
rectitudinis lineā ꝑponēdo . nūc inenarra/
bilia ꝛ immēſa dei beneficia mēte ꝑtractanſ
grañaꝝ actiōibꝫ inſiſtēdo .nūc ſtimulis ipiꝰ
amoris ardētiſſime punctꝰ.ipm̄ in creaturiſ
oībꝫ intuēdo.nūc potentiā.nūc ſapiētiam
nūc bonitatē ꝛ clementiā eiꝰ attendēs .cum
deuotiſſime in cūctis opibꝫ ſuis collaudan
do.nūc deſiderio patrie celeſtis attractꝰ. ad
ipm̄ gemebūdis ſuſpirijs anhelādo.nūc ar

ca nos viſcera ineſtimabilis charitatis eius
aſpiciēs.letabūda quadā exceſſiua admira
tione corde ac aīmo in ipo deficiēdo. nūc te
ꝑcipitē.nūc te fugientē.nūc te ruentē. nunc
deū te timentē.ſubleuantē.retinentē ꝛ attra
hentē.nūc deū te ingratū ꝑ oīa cōcernen/
tem cōſiderās.ineffabilibꝫ diuine miſericor
die viſceribꝫ tibi patefactis.nimio in eo cha
ritans ardore te cōferens. totū te fletibꝫ re/
ſoluēdo.nūc ſuo occultiſſima. ꝓfundiſſima.
ꝛ ſumme arcana nimiūqꝫ ſtupenda iudicia
iuſticie eiꝰ diligēter attendēs.cū in oībus
fidelis ꝛ cōſtans cū ſummo amore ingēti qꝫ
timore ac tremore. diſcretꝰ ſupplex ꝛ humi/
lis venerādo.ꝑ oībꝫ aūt cōtinuā ꝛ viuam
memoriā ipiꝰ ſacratiſſime paſſionis in aīo ꝛ
corde tuo ferēs.

De ſolicita cuſtodia ſuipſiꝰ

Jceſimūtertiū. vt ſup cuſtodia tua vigi
lans omī tpe ab antiqui hoſtis fraudi/
bus.q̄ ſepe ſe in angelū lucis trāſfigurās oī
tempe ꝛ in omī via homini laqueū tendit te
rena.vt aīmas noſtras valeat captiuare ſo
licitudine te cautiſſima tuearis. venantiū la
queos fugiēs ſicut paſſer.tātoqꝫ puritateꝫ hu
militate ſancta ī oculis tuis fias vt ne ſub/
tiliſſima eiꝰ retia te valeāt cōtinere.a quibuſ
ſane tūc poteris liberari illeſus.cū effectus
fueris iſrael.cōtinue mentalibꝫ oculꝭ videns
deū.quia nō dormitabit neqꝫ dormiet eiuſ
cuſtos.

De pura confeſſione peccatoꝝ

Jceſimūquartū. vt tenēs indefeſſum ī
ſtituti ſancti rigorē.ſacris ardoribus ce
leſtiū deſiderioꝝ ſuccēſus.mētis ꝛ corporis
mūdicie pulcritudinē.innocētie puritatē.cō
ſcientieqꝫ teneritudinē ꝯſeruās. cura dilig
tiſſima caueas ne vnq̄ꝫ tepēdo in aliquo re/
ſipiſcas. Ad qđ quidē diligentiꝰ ꝛ puriꝰ cō/
ſeruandū. quotidiana diſcuſſione ſepties ī
die examines vitā tuā. ſemꝑ anī vel immedi
ate poſt quālibet horā canonicā . cōſiderās
ꝛ diſcutiēs attētiſſime qualiť de hora in ho/
ram ambulauerꝭ digne corā deo ſine macu/
la ī iuſticie ſemita. Et quia nemo eſt q̄ ſic di/
ſciplinā ꝛ iuſticiā obſeruet. vt nihil penitus
negligat vel omittat. ideo neceſſariū ē vt ad
penitētie lauacrū recurrēs cū dolore ꝛ gemi
tu ſepiſſime tue accuſationi inſiſtas. In qua
quidē accuſatiōe ſeu cōfeſſione integre ſaci
ter ꝛ pure ſine omī velamine excuſatiōis vt
occultatiōis ſeu palliatiōis ꝑ ordinē oēs

mos retexēdo defect⁹ ſacerdotiꝑprio tāꝗꝫ do deꝰ es intimare narrando ꝑus omiſſiones quas in his q̄ ſunt ad deū feciſti. ⁊ maxime in oratiōe quantū ad duplicē ei⁹ partē. mentalē ſcꝫ ⁊ vocalē. deinde defectus ī obſeruatione iuſticie q̄ ad proximū. poſt cōmiſſiōes quas egiſti ex mala cuſtodia ſenſuū. ⁊ ſenſibus adiacentiū affectionū ⁊ cogitationum. Hāc autē cōfeſſionē ſemꝑ debet cōtritio et ſatiſfactio comitari. vt doleas videlicet de omībꝫ offenſis. nō ſolū de magnis. ſed etiaꝫ de modicis. ⁊ dolēdo caueas iterare culpaꝫ ſemꝑ ſtudēs cauſas ⁊ occaſiōes peccati preſcindere quātūcūqꝫ ꝑ amorē videātur tibi cōiuncte. q̄a tūc iuxta ſaluatoris ſentētiam. eruend⁹ eſt oculus ſcandalizans id eſt. occaſiones peccati vitāde. que quidē apparēt nobis delectabiles nimiū. etiā ſi multū nobis diſpliceāt earū effect⁹. Unde fortiſſimū eſt ī hac pugna bellū. Et ideo oportet ſcḋm dei ꝑceptū eſſe cecū ſurdū ⁊ mutū. ⁊ inſenſibilem ad oīa in quibꝫ nō inuenit anima lucrū. Ut autē diuinorū ꝓceptorū eiuſqꝫ diſcipline celeſtis obſeruantiā in ſupradictis et ceteris alijs ſolicit⁹ intendas. ac feruenti⁹ accendariſ. ſtudeas hec quinqꝫ ſemel ad min⁹ inter diē ⁊ noctē. affectuoſe ⁊ moroſe oīi tēpore ſincera mēte ꝑtractare. q̄ꝫ ſcilicet ſit breuis vita noſtra. q̄ꝫ lubrica via. q̄ꝫ mors incerta. que premia iuſtis. que ſupplicia parantur iniuſtiſ. vt nō ſit ſeruitiū ſine timore. nec gaudiū ſine tremore.

Quales eſſe debem⁹ in noſtra reputatōe q̄uis ꝑfecti.

Uiceſimūquintū ⁊ vltimū. vt cū diuina gratia largiēte oīa benefeceris. te ſeruum inutilē ⁊ peccatorē recognoſcēs. omni beneficio dei repures te idignū. ſemꝑ robuſtiſſimā fidē tenēs. replet⁹ charitate diuina fiducia magna ſperās ab ipo miſericordiſſimo patre miſericordie tibi viſcera aperiri. vt dū in foſſam ꝓfunde humilitatis firmiſſima ieceris fidei fundamēta. erexeriſqꝫ lucidiſſimos parietes cōtinue ac feruide charitatis decoratos omniū virtutū picturiſ. tectumqꝫ deſiderate ſpei beatiſſime poſueris glorioſum. tandē oībꝫ ordinate diſpoſitis ſumm⁹ ille celeſtis inhabitator dulciſqꝫ hoſpes fideliū animaꝝ. cui⁹ delitie ſunt eſſe cū filijs hominū cāduī tecū digneſ inhabitare ꝑ gratiā in ꝓſenti ſeculo vel exilio. quouſqꝫ poſt terminū vite hui⁹ in celeſtis beatitudinis patria glorioſa ſtola ꝑpetue immortalitatis indut⁹. claritatē vultus ei⁹ cū omnibꝫ ſanctis cernere merearis in iubilo. vbi erit ſumma felicitas ⁊ eterna beatitudo. finis et cōplementū omniū deſideriōꝝ noſtroꝝ.

Cōcluſio epiſtole huius

Hec verūtamē adhuc ſcias chariſſime frater idubitāter q̄ꝫ niſi ꝑfecte abnegaueriſ temetipm. ſequi nō poteris veſtigia ſaluatoris. ⁊ ſine ſolicitudine cōtinua ⁊ labore. ei⁹ gratiā adipiſci nequibis. Et niſi aſſidue ꝓpulſaueris portas ei⁹. ingredi non poteris ad pacē mentis. Et niſi te inſtāter in timore dei tenueris. cito dom⁹ tua corruet in profundū. Et ſi fideliter ⁊ cōſtanter te tenueris ⁊ exercitat⁹ fueris in ꝓdictis. ſpero in miſericordia ſaluatoris q̄ꝫ te gratia ſua dignum faciet in ꝓſenti. ſecūqꝫ potieris gloria ī futuro. Qḋ ipe tibi ꝯcedat q̄ eſt trin⁹ ⁊ vn⁹ in ſecula ſeculoꝝ benedict⁹ Amen.

b Ec autē chariſſime non ideo tibi ſcripſi quia te crederē talibus indigere. ſed q̄ꝛ ante collegerā pro meipſo. cernenſqꝫ me in cōſtantie pronitatē. ſeu cōſtantie paruitatē. cogitaui ea tibi tanq̄ꝫ coadiutori fideli ꝯmunicare. vt qḋ mea puſillanimitate negligentiaqꝫ teporis omittiſ. tua magnanimitate feruoriſqꝫ ſollicitudine reſtaureſ. maxime cū te concordeꝫ quaſi omnibꝫ votiſ meis in huiuſmodi ſimplicioribꝫ plurimū ꝺlectari cognoſcā. Quapropter chariſſime in chriſto hec ca rogo caritate ſuſcipias. qua illa tibi me ſcio affectione miſiſſe. vt videlicet his omnibꝫ ſupradictiſ quorū quidē diſciplina non videſ eſſe gaudij ſed meroris. ita per celeſtiū ſtudiorū exercitia ſtudeas te mācipare. vt pacatiſſimū iuſticie fructū afferāt in futuro. ⁊ expectationis eius dulcis memoria etiā in ꝓſenti anima tua guſtu deuotionis adipe ⁊ pinguedine repleatur in chriſto ieſu ꝺomino noſtro. cui me aridū ⁊ verboſum potius q̄ꝫ deuotū deuotis tuis oratiōibus ꝯmendabis. Cui eſt honor ⁊ gloria decus ⁊ imperiū per infinita ſecula ſeculorū Amen.

Explicit epiſtola ſancti Bonauenture. Que eſt quaſi regula omnium pie ⁊ ſpiritualiter in chriſto viuere volentium.

Incipiūt viginti paſſus ſiue formula nouicioꝝ ſcti Bonauēture De informatione ſpūalis vite ac ỽtute ꝛ pfectu religioſoꝝ.

I uis in ſpiritu pficere ꝛ ħ eſſe ꝓpter qḋ vt ħ fieres ad ſcolā ỽtutū.i.ad religioꝫ veniſti. ꝛ ne fias illis ſilis q̇ lon go tpe ī ſcolis manēdo multū tpis ꝛ ſūptus inutilit̄ ꝯſumūt ꝛ mīme diſcūt. iſti⁹ formule cōpendiū an̄ oculos habeto ꝛ ad ei⁹ regl'aꝫ ordina vitā tuā ꝛ mores cōpone. ꝛ ſtudiū ipende ꝛ tps expende.

Ꝙ religioſus volēs pficere magiſtris ſe dꝫ ſubmittere. Capitulū. I

N p̄mis ſp eſto ſub tali rectore ꝛ magiſtro. vl' ſi talē h̄re nō potes. tuipſe tibi mgr̄ eſto q̇ ſit ſtrēnu⁹. vt ad hui⁹ formule regulā cōpellarꝭ ꝛ in nullo tue ꝓpe volūtatꝭ libertati relinquarꝭ. Puer em̄ q̇ dimitt' volūtati ſue.i.puerili laſciuie. ꝯfūdit matrē ſuā.i.religionē. Ideo tot ordines religionū cōfundūt'.qꝛ pueriles mēte ſibimet dimittūt' ſine freno ītrahēte a noxijs. ꝛ ſine virga ad ſalubria cōpellēte. aut ex negligentia ſenioꝝ. aut ex nociua ꝯdeſcēſione eoꝝ ne teneros aīmos frangāt ſeuera coertōe. Si cut imprudēs medic⁹ q̇ ne ꝯtriſtet egrū quē curare d̄beret patit' eū nociua comedere. ex quibꝫ grauī⁹ ꝛ diuti⁹ infirmat'. Et cū in vno diſſimulant' exceſſus ei⁹ ꝛ vicia. cito ab alijs trahit' in exēplū. vt etiā ſibi talia īpunita pmittant' q̇ vidēt in alijs ſuſtineri.

Ꝙ puerſi nec volūt corrigi nec pati alios apud ſe fieri meliores.

Capitulū II

T Andē ad ħ iſta mala libertas dilatatur ꝛ pficit. cū hec a pluribꝫ vidēt fieri. vt q̇ ꝓ lege ꝛ ꝓ iure ordinis defendāt. ꝛ ſi q̇s ꝯtrariū dicere aut docere arguē do pſumpſerit. ſingularꝭ ſupſtitiōis īpropeū ſuſtineat. ꝛ q̄ſi nouū ordinē ꝛ inſolitū morem īducere velit vt delyr⁹ ꝛ van⁹ irrideat'. ꝛ onerosus fiat omībꝫ. ꝛ tāq̄ꝫ temerarius iudex alienoꝝ actuū pſecutiōes amariſſimas patiat'. Timēt em̄ diſtorti ꝛ a via dei exorbitātes. ſi pcerēt zelātibꝫ p iuſticia ꝛ religionis diſciplina. ad ptē ſuā alios attraherēt. et ita paulatim ad ordīs obſeruātiā etiā ipi tādē cogerent'. ꝛ p̄cauēt ardētiſſime ne ad ħ puenīant. ꝛ ſub ſpecie ſingularitatꝭ extirpande ejciūt a ſe illos ꝛ opprimūt q̇ deſiderant religionē ad ſtatū debitū reformare. Qḋ vidētes alij quibꝫ ħ diſplicet q̇ aliquā bone volūtatis ſcintillā habēt. ſꝫ tm̄ infirmā terrent'. et poti⁹ ſtudēt ſe illis cōformare quos fortiorē ptē vidēt h̄re in multitudine ꝛ potētia q̄ꝫ cū iſtis tribulari. ꝛ inſup infamari. Iuxta illḋ. Et q̇ receſſit a malo p̄de patuit. Hec oīa expti ſum⁹ in nigro ordine vl' in alijs. Nūq̄ꝫ aūt ꝯtingat noſtrā religionē ad ſtatū ſimilē puenire. Amen.

Ꝙ volēs pficere in nullo dꝫ eē negligēs. Capitulū III

Q Ui tali feruore ad religionē venit q̄ ꝓ omībꝫ q̇ mūd⁹ ei pmittere vel dare potuit. noluit dānari in ſeclo. nec ꝓ diuitijs vl' honoribꝫ vel delicijs. nec amore amicoꝝ. vl' ꝓprij corpis dubitauit ſe tradere carceri penitēne ꝓpter deū. nō debꝫ modo vilior eſſe q̄ꝫ tūc fuit vt ꝓ ỽbis hoīm deſerat viā dei. iā in ei⁹ ingreſſu exiſtēs a cui⁹ aggreſſu nec terroribꝫ nec blādicijs potuit auerti.

Ꝙ ſi times ḋ ſingularitate notari. ꝛ ob hoc alijs odioſus fieri. ſcias q̄ null⁹ ſanctoꝝ ſingularis glīe fact⁹ eſt in celo niſi q̇ inter hoīes hic poſit⁹ ſtuduit eſſe ī ſanctuate vite ſingularis. qḋ tm̄ de ſingularitate ỽtutū dico. nō de cerimonialibꝫ obſeruātijs. paruā vel nullam habētibꝫ vtilitatē ỽtutis. Studia autē ſanctitatꝭ in his ꝯſiſtūt. in cauēdo oē peccatū ꝛ oē ſcandalū q̄tū eſt in ſe. ꝛ inſiſtendo omībꝫ ỽtutibꝫ humilit'. ꝛ inq̇rēdo familiaritatē dei p affectū deuotiōis interne. Aduerſus hmōi nulla eſt bona ꝯſormitas per quā hec ſtudia deſtruunt'. Cū em̄ ꝓ iuſticia ſicut ꝛ ꝓ fide poti⁹ debeam⁹ pati. nō ſolū irriſiones ꝛ deſpectiōes. ſꝫ etiā pſecutiōes q̄ſlibet ꝛ mortē. ſic paſſi ſunt ſancti ante nos. et patient' poſt nos in diebꝫ nouiſſimis q̄ꝫ fidē deſerere vl' iuſticiā vite peccādo relinquere Diſcam⁹ in puis ỽboꝝ ꝛ deſpectionū tribulationibꝫ. vt ſi grauiora īminerēt nobis pro xp̄o certamina ſciam⁹ p patiētiā ſupare. Nā qui a leui flatu deijcit'. quō ſtabit a vēto maxime tēpeſtatis. Hec ad p̄muniendū corpremiſi ꝯtra retrahētes a ſtudio pficiēdi in ỽtutibus. qꝛ q̇ tale ſtudiū ī ſe nō diligūt. vix pn̄t in alijs ſecū morantibꝫ eq̄nimiter ſuſtinere. Vn̄ ſicut illi nō dimittūt ꝯſuetudines ſuas malas ꝛ noxias ꝓpter nos. ſic nō oportet nos bona ꝛ vtilia ſtudia abijcere ꝓpter illos. qꝛ ſi volūt ad vitā eternā venire. oportet eos nobiſcū viā dei nō ſuā ambulare.

¶ religioſus nō debet intēdere ocioſitati vel leuitati. Capitulū IIII

Unq̄ꝫ debes ꝑ muratoria ocioſꝰ va-
n gari. nec rumoribꝫ ꝛ ꝟbis ocioſis vacare. nec riſui. nec ſcurrilitatibꝫ deditus eſſe. q2 hec faciūt mentē vagā ꝛ inanē. et licētia iſtoꝝ diſſoluit cor a pōdere timorꝭ dei ꝛ affectū interne deuotiōis exhaurit. Non euageris hincinde oculꝭ curioſe ſingula ſtuēdo. q2 ꝛ leuitatis eſt indiciū ꝛ ea q̄ foris hauris ꝑ oculos vel ꝑ aures ſtrepitū quendaꝫ interiꝰ ſuſcitāt q̄ puritas intelligētie q̄ i bonis meditatiōibꝫ mētē paſcit q̄ſi q̄dā puluere obſcurat. Quicq̄d nō eſt tibi neceſſariuꝫ vel vtile ad tuū vel alteriꝰ ꝓfectū. ptrāſi ꝛ noli imorari ne cor i eo defigat. l' tps infructuoſe in eo expendat.

¶ religioſus debet ſe occupare lectione meditatiōe. oratione. ꝛ operatione.

Capitulū V

Emꝑ aliq̄d recū defer in memoria.
ſ qd̄ de deo rumies cogitādo. ꝛ mētis tue intuitū ſꝑ in eū defigere ſtude. ſicut docet ꝓpha. Prouidebā dn̄m in ꝯſpectu meo ſꝑ q̄m a dextris ē mihi ne cōmouear. Hoc em̄ cōtinet cor apud ſe ne cōmoueat a ſeꝑ vanā leticiā vl' irrōnabilē triſticiā. Dū dus em̄ in q̄ fluitamꝰ varijs tēpeſtatū vētis agitat. ꝛ q̄ n̄ vult nauē cordis ſui q̄ſſatōibꝫ ꝯteri. vel vndaꝝ influctiōibꝫ demergi. vel in exteras plagas vētoꝝ flatibꝫ impelli. affigere eā funibꝫ bonaꝝ cogitationū aſſueſcat ad petrā immobilē. Petra aūt eſt xp̄s. Quē funē vt difficile rūpat ex triplici reſticulo ꝯponat. ex ſanctaꝝ ſcꝑturaꝝ deuota lectione. ex ſedule orōnis cōpunctiōe. ex bonaꝝ actōnū humili exercitatiōe. Lectio dat materiā ꝛ q̄ſi ſemē bone cogitatiōis. Orō rigat ꝛ ad ꝑfectū roborat ꝛ cor illumiat ad intelligētiā. et īpinguat affectū ad saporē. Bona actio maxime ꝯdita pinguedie charitatꝭ ꝛ obediētie vl' alteriꝰ ꝓfectꝭ letificat ꝯſciam ꝛ dat fiduciā ſpei in deū. ꝛ ſi ad horā intercipit deuotiōis quietē. tn̄ meret poſtea maiorē dulcedinis īfuſionē ꝛ grām puritatis.

¶ cauēde ſunt vane cogitatiōes ꝛ inutiles occupatiōes. Capitulū VI

Eriatꝰ ꝛ vacās caue tibi a vanis ꝛ p̄
f uis cogitatiōibꝫ. ne vl' ꝑ modicū i te morent. q2 cito inq̄nāt cor labe cuiuſcūq̄ꝫ vicij vt luxurie. vane glīe. odij vl' alioꝝ. Itē caue ab inutilibꝫ occupatōibꝫ q2 tps ꝑdunt ꝛ cor inq̄etāt ꝛ vtilia impediūt. ꝛ deuotionē diſſipāt. Itē a torpore accidie ꝛ pigricie que mētē tepidā ꝛ corpꝰ delicatū reddūt. ꝛ ad bona oꝑa deſidioſum.

¶ inter homies cauēda eſt tā oſtentatio q̄ꝫ ſuꝑfluus pudor.

Capitulū VII

Nter hoies exiſtens caue a duobꝫ q̄
i ad teipſum. ꝛ a duobꝫ quo ad alios.
Quo ad te caue ne aliq̄d facias vt ab eis noterꝭ vn̄ gloriā queras i geſtu. i voce. in ſermone. vl' in actu. q2 peccatū eſt ꝛ vanū. ꝛ cū putas eis placere. forte diſplices. et iudicāt te ꝙ inanis glīe cupidꝰ ſis. vel forte nō aduertūt qd̄ agis. ꝛ ſic ꝑdis conatū tuū īutiliter ꝛ vane. ſic ſtulti q̄ pictis imaginibus quaſi viuis hoibꝫ obſequūt. Ps̄. Qui hoibus placēt. i. placere volūt vl' cupiūt. cōfuſi ſunt. Itē ne pudore ſuꝑfluo obruarꝭ in his q̄ corā hoibꝫ agere debeſ. loq̄ndo. cogitādo vl' aliq̄d agēdo. ſꝫ ita liber eſſe ſtude corā eis ac ſi ſine eis eſſes. Et ſi nimis verecundia eſtuas forꝭ repime q2 q̄ magꝭ notabilē te facꝭ ex pudore. eo plꝰ ꝯſiderāt te. ꝛ ita magꝭ ꝯfundoeris. Signū ſuꝑbie videt eſſe nimis erubeſcere de illis defectibꝫ q̄s natura indidit. vt de deformitate corpis vl' ruditate vocꝭ ꝛ ſilibꝫ. De vilitate aūt veſtis vl' humilibꝫ obſequijs erubeſcere i pauꝑe religioſo grauis ſuꝑbia eſt.

De quibꝫ erubeſcere debet religioſus vel humiliari in oculis ſuis.

Capitulū VIII

Iciū vel ſcādalū erubeſce vn̄ vel deꝰ
v offendit vel aliq̄s ſcādaliſat. Apud teipm̄ erubeſce de peccatꝭ tuis. d̄ torpore in ſuitio dei. de negligētia bonoꝝ que poſſes facere ꝛ deberes. ꝙ tps defluit ꝛ ꝓfectus ſꝑituū nō creſcit. d̄ hypocriſi ꝙ forꝭ vis putari meliorq̄ꝫ intꝰ te inuenias. ꝙ vicia tua occultas. nō timore nocumēti alteriꝰ ſed timore diſplicēdi ꝛ ne vilipēdaris. ꝙ ꝑ bona q̄ oſtēdis vis videri ꝛ placere hoibꝫ. vt ex his ſuſpicent te multo plura ꝛ maiora i occulto hr̄e. ex q̄ talia foras ꝓdeūt q̄ſi te dolēte. ꝙ vix adeo familiarē aliquē habes vnanimē quē velles te i om̄ibꝫ agnoſcere ſic teip̄ꝫ agnoſcꝭ qd̄ etiā fit in ꝯfeſſiōe q̄nq̄ꝫ. ꝛ ſi nō audes peccata tua ſupprimere q̄n ip̄a accuſes. tn̄ de ill' in q̄bꝫ te magꝭ diſplicere times. ita ordinas ꝟba. ꝑmittēdo. ſubiūgēdo. colorādo. ꝙ minus appareāt verecūda. vl' ſi forte plꝰ nudeꝑ

fers gl̃iaris. ⁊ vis inde apud ꝯfeſſorē ſanct⁹
notari. ꝙ tā humil' ſis vt te magꝭ ꝗ̃ neceſſe
ſit ſtudeas ꝯfundere ꝯfitēdo. Et cū tēptati-
onibꝫ viciorꝫ maxīe carnaliū ita d̃ſidioſe pu
gnas vt ſolo timore piculi vl' ꝯfeſſionis pu-
dore eas repellas ⁊ q̃ntū audes ī affectu car
nis arrideas. ſolo ꝯſenſu opis ⁊ moroſe de-
lectatiōis excluſo. Et in h̃ maior apparet p-
uerſitas ꝙ cū facile q̃nq̃ꝫ poſſes hmōi tēpta
tiones q̈ſi muſcas īmūdas abigere ex negli
gētia eas pmittas creſcere ⁊ caleſcere ⁊ ꝯua-
leſcere donec ꝯfortate iā piculoſiores fuīt. ⁊
difficili⁹ vincūt. ⁊ ꝯſciam ſepi⁹ pulſando cō-
fundūt. Et ita deſidioſus es ad ea q̄ dei ſūt
⁊ ad ꝟtutes. vl' q̄ ad deuotōis ſtudiū ptinēt
vt pudor hūan⁹ plura ex his magꝭ a te vl' ex
te extorq̄at ꝗ̃ amor diuin⁹. Et ita es ingrat⁹
dei bn̄ficijs vt nō ſolū debitas nō agas gr̃i
as ꝓ pceptis. ſꝫ etiā gr̃am oblatā ⁊ paratam ī
vacuū recipias ⁊ negligas vtiliora ad q̄ tūc
ſentis tibi arridere gr̃am. ⁊ occupes te vani
oribꝫ ſtudijs q̈ſi q̄ texit araneaꝝ telas q̄ non
ꝓderūt ad veſtimēta ſalutꝭ. Et illa ad q̄ tene
ris faciēda. ſicut ſunt hore canonice ⁊ ſilia. ita
negligēter ⁊ deſidioſe pſoluis. vt nō tā meri
tū inde ſperes ꝗ̃ ſuppliciū expectes. q2 ⁊ ſi ꝟ-
ba ore vtcūq̃ꝫ pferas. cū corde tā vag⁹ es. et
affectu frigid⁹ ꝙ nec ſenſum orōnis pcipis.
nec deuotiōis affectū. ⁊ de ipis ꝟbis pluri-
ma defluūt accelerādo. ⁊ vtinā nō mlta trā-
ſilias omittēdo. dū nō attēdas ſi dixeris vel
nō dixerꝭ. niſi forte ex ꝯiectura alicui⁹ ꝟbi q̈-
ſi ex cauo apprehēſiōe repntes te dixiſſe. De
us aūt ⁊ ſi patiēter diſſimulat intēdere nr̃as
negligētias. tn̄ nō min⁹ odit eas ſꝫ ītegre di
numerat eas. diſtricte ꝯiudicat. ſeuere pu-
niet. niſi nos pueniam⁹ faciē ei⁹ in hūili cō-
feſſione. in forti ſatꝭfactiōe. ⁊ in ſerioſa emen-
datiōe. Et ad oīa q̄ ad corpis curā vel cō-
modū ſpectāt ſtudioſiſſim⁹ es. Que ꝟo ad
ſpūs ꝓfectū vel ad ſupne charitatꝭ exhibitiō
nem vel ad plan obedientiā. vel carnis caſti
gationē ſpectāt deſes es. Et etiā hos ⁊ ſimi
les plures aduertēs in te defect⁹. nō terrerꝭ.
nō cōpungerꝭ. nō diſcutis. nō corrigis. qua-
ſi de⁹ aliter tecū actur⁹ ſit ꝗ̃ cū oībꝫ alijs.
vt mala tua incorrecta nō puniat. ⁊ bōa ne-
glecta remuneret. Pro his ⁊ ſimilibꝫ erube
ſce apd̄ te ⁊ ab alijs ea in te dijudicari ⁊ rep-
hendi nō mirerꝭ. nec indignerꝭ ſꝫ verecūde-
ris ſemp. Hec ⁊ alia plura in meipſo ꝟaciter
recognoſcēs erubeſco ⁊ doleo. ſꝫ nō tm̄ ſicut
debeo. ⁊ ideo nō emēdo ſicut poſſem ⁊ expe-
diret. Ex meipſo aūt intelligo ꝙ hec vel aliq̄
iſtoꝝ etiā ꝓximo meo ineſſe poſſunt. ⁊ ideo
vnuſq̄ſq̄ꝫ iudicet ⁊ circūſpiciat ſemetipm̄. cō
ſiderās ex vno latere qualis ſit. maxime q̄d
ſibi deſit boni ⁊ inſit mali ex vicio ꝓprio. ex al
tera pte. qualis eſſe debeat in ꝟtutibꝫ ⁊ mo-
ribꝫ bonis. vt ex hoc ⁊ humiliet ex cognitōe
defect⁹ ſui ⁊ ꝓuocet ad ſtudiū ꝓficiēdi ad illa
que videt ſe debere ⁊ facere vel habere. ⁊ deo
regratiet ſi in aliquibꝫ forte ex eius gratia ꝓ
fecerit.

## Quō religioſus ſe debeat hr̃e ad alios
## Capitulū IX

Q Uo ad alios caue a duobꝫ. Primū
vt nō curioſe reſpicias vel pquiras
coꝝ pſonas. vult⁹. diſpoſitiōes. habi
tum. geſt⁹. facta vel ꝟba. vel officia. Jnq̄ntū
eīn tibi nō attinēt iſta pſcrutari vtilitatꝭ cau
ſa ita ptrāſi. ita cogita ac ſi eſſēt oues vl' alia
animalia vt nihil circa illos occupes viſum
tuū vel cor. Alteꝝ vt nō iudices vel ꝯiudi-
ces de alijs quales ſint vel eſſe poſſint. ī mē
te. in merito. in moribꝫ vel alijs. q2 talis diſ-
cuſſio vana eſt ⁊ ſepiſſime falſa. imo temera
ria. qua inſup cor inquietat ⁊ aliq̄ñdo inq̄-
natur ⁊ cōſciētia ledit ⁊ alia bona negligunt
ex tali occupatōne. Et ſi aliqua videas vel
audias de aliquo q̄ nō placēt. trāſi ⁊ obliui-
ſcere cito. cōmittens eū ſibi ⁊ deo. maxīe vbi
ad te nō ſpectat illi⁹ correctio ex debito ma-
giſterij. vel ex ſociali familiaritate vel denū-
ciandi neceſſitate.

## Et cōpaſſio debet peccatoribꝫ ⁊ afflictis. ꝑmo tamen xp̄o
## Capitulum X

C Ompatere cū peccantibꝫ quaſi in tē
peſtate marꝭ naufragātibꝫ q2 longe
miſerabili⁹ eſt in lacū inferni demer
gi ꝗ̃ in pfundū marꝭ ſubmergi. Ora ꝓ eis ⁊
plora cū potes. ex h̃ eīn mererꝭ vt tu a ſimili
naufragio libererꝭ. Beati eīn miſericordes.
qm̄ ipoꝝ de⁹ ita miſerebit vt a miſeria libe
rent. Sic etiā oīm miſeroꝝ afflictōes aīo ⁊
oculo ꝯpaſſiōis intuere. ⁊ ſingula coꝝ miſias
aggrauātia ſtudioſe ꝯputa. diligēt pondera
vt ex his affect⁹ miſatiōis ī te pingueſcat. ⁊
ſi q̄s tu miſerias paterꝭ. tibi leuiores ī coruꝫ
cōparatiōe videāt. Collige etiā ex his q̄ vi-
des paſſiōes ⁊ labores ⁊ paupertates ihū xp̄i
q̄ cū eſſet diues ꝓ nob egen⁹ fact⁹ eſt. vt illi⁹
inopia nos diuites in celeſtibꝫ eſſem⁹.

Que ſint cōmunia vicia hominū.

Capitulū XI

t Ria ſunt cōmunia vicia apđ hoīes Primū ꝑuitas rephendēdi q̄ i alijs vidēt ⁊ nō ſunt ſm affectū eorū. Alterū eſt adulatio q̄ ſolēt ſibi inuicem blādiri. laudādo. arridēdo q̄rēdo quō valeāt. cū tñ nō curēt eos nūq̄ꝫ valere. honores inutiles offerēdo. ⁊ alijs multis modis in q̄bꝫ nō eſt vtilitas. nec ex affectu faciūt ſꝫ ex vſu vt placeant. Tertiū eſt ꝓpria gl'iatio ꝯ ſe ipō q̄ ea q̄ facimꝰ. dicimꝰ. ſentimꝰ. ⁊ ſumꝰ placēt nobiſ ⁊ ꝓferimꝰ ea alioꝝ factꝭ cōmendādo vl' occulte cogitādo. ⁊ dedignamur ſi alij nō mirent̄ ea. q̄ſi nō habeāt ſanū iudiciū ⁊ delectamur in laude noſtra. Et ſi aliq̄n noſ ip̄os accuſādo humiliamꝰ nō pure h̄ facimꝰ ſꝫ volumꝰ ꝑ hoc aſtute ꝓuocare aliū ad laudē noſtri. q̄i nō debeat pati vt nos vitupemꝰ q̄d laudandū in nobis eſt. vl' ad h̄ ſepe facimꝰ vt humiles reputemur. ⁊ ſaltē ex h̄ placeamꝰ ſi alia placētia nō habeamꝰ Qui ab his tribꝫ liber eſſet. in magna puritate viueret ⁊ q̄ete.

Q' munera ⁊ curioſa nō ſūt curāda religioſo. Capitulū XII

n Ulla curioſa habere cures. vt imagines. tabulas. ſudariola. pater noſter ⁊ ſilia. nec recipias nec des alijs ꝓ munuſculis. q2 occupāt cor. ⁊ magiſtrꝭ noſtris nō placēt. ⁊ faciēt te notabilē inter ceteros. ⁊ ſepe ſine licētia recipiunt̄ ⁊ dant̄ talia i caute dū pudet eos totiēs ꝓ iſtis recurrere ad magiſtros. Species aromaticas nō habeas niſi ꝑ euidēti infirmitate nō poſſis carere. Qui oīibꝫ rebꝫ peculiaribꝫ carere poſſet felicior eſſet. q2 multā detractiōis materiam abſcidiſſet. Si aūt aliqua iuberis habere. vt libros rōne ſtudij ⁊ ſcriptoriola. nulla ſupflua collige vel curioſa. ſolis cōtentꝰ neceſſarijs in numero ⁊ valore. Ip̄e habitꝰ tuus ⁊ oīa veſtimēta tua ſimplicia ſint ⁊ inculta. ⁊ corpꝰ ⁊ geſtꝰ ⁊ oīa foris apparentia plana ſint ⁊ pura. nil notabilitatꝭ curiale vl' curioſum vl' ſingularitatꝭ colore reſperſum affectes.

Q' iudicia humana nō ſunt curāda. Capitulū XIII

f Tude humano iudicio nō moueri. nec delectari fauoribꝫ. nec deſpectu ꝯtriſtari. q2 iudiciū humanū cecū ē frequētiꝰ ⁊ ignorat ꝟitatē. ⁊ fallit̄ ſepiſſime. nec ſi laudarꝭ ab hoīe es iō laudabilior. nec ſi deſpicerꝭ es iō vilior. Stultꝰ eſt qui ſtulto placere laborat. q2 ſicut cecꝰ nō diſcernit inter colores. nec ſurdꝰ int' ſonos. ita inſipiēs hō neſcit pēſare meritoꝝ dignitates. Vñ cū aliq̄d agere te ꝯtingit eſtimabile. vt ꝑdicare vl' ſile. nō anxierꝭ quō ad placitū hoīm ꝑficias. ſed inuocato auxilio dei ꝓut meliꝰ expedire ſm deū intelligꝭ ſtude facere. Et ſi bene ſucceſſerit. deo adiutori refer grās. ⁊ noli extolli. q2 nō ꝓpter te ſꝫ magis ꝓpter alioꝝ orōnes ⁊ merita datā tibi eſſe gratiā debes eſtimare Si aūt minꝰ bene ſucceſſerit noli turbari ⁊ pudore ꝯfundi. ſed grās deo refer qui ſic te ab elatiōe defendit. Siue aūt bene ſiue minus bñ ſucceſſerit. ſtatim ſic te habere ſtude intus ⁊ exteriꝰ ac ſi nō feciſſes. Laudet qui vult vl' deſpiciat. q̄d ad te tu tace. Excuſatōnes ⁊ recuſatōes q̄s debemꝰ aliqua hmōi facere. ad h̄ ſepiſſime fiūt ne deſpiciamur. vl' ꝓſumptuoſi iudicemur q̄ talia audemꝰ. Vñ videt̄ eſſe puriꝰ ⁊ humiliꝰ ſimpliciter facere q̄d eſt faciendū. vel obediētia iubēte. vl' charitate inſtigāte. ſi placet alijs bene. ſi nō. q̄d eſt tūc ꝑditū. Nā cū oportet te ꝑdicare vel ſimile facere. quod aliq̄d honoriſ videt̄ habere. ſi bene feceris lucrū habes de ꝓfectu laboris tui. ſi minꝰ bene. iterū lucraris meritū humiliatiōis tue. ⁊ q̄ poſt hoc minꝰ ad huiuſmodi cogeris ab his quibꝫ non placuiſti Oēs ſumꝰ alterutrū expoſiti vt alter alteri placeat vel diſpliceat Unde cū in mea nō ſit poteſtate vt tibi placeā. ſed i tuo arbitrio vel affectu quē tibi dare nō valeo. ſi multū laboro tibi placere. forſitan nō ꝑficiā. q2 aliter iudiciū tuū dirigit̄. Et ideo nihil in hac ꝑte meliꝰ video q̄ꝫ vt ſoli deo ſtudeat homo placere ⁊ ꝓximū nō ſcādalizare. vl' ſciēter offendere. ⁊ cōmittere deo. ſi hominibꝫ placeat vl' diſpliceat humiliter ⁊ patiēter. Juxta illud Mihi ꝓ minimo eſt vt a vobis iudicer. ⁊c. Quibꝫ eñi places aſcribe ipſoꝝ beniuolētie non tue ꝓbitati. Quibꝫ autē diſplices attribue tuo merito ⁊ cogita q̄ ſi ex tantillo eis diſplices. ſicut exteriꝰ cognoſcere valent i te vilitatē tuam. q̄d fieret ſi radicitꝰ ꝑſpicerent oīa vicia tua ⁊ peccata ⁊ inhoneſta queq̄. mirū ſi nō eijcerēt vel lapidarēt te. Pro me loquor. nunq̄ꝫ eñi a fidelibꝫ deſpectus ſum. ſicut deſpicabilis in veritate ſum. Unde nō debeo indignari cū aliquādo deſpicior. ſed mirari ⁊ reputare ꝓ beneficio dei q̄ nō oībꝫ odioſus ſum.

Q d detractio eſt ꝑ patiētiā ſuperāda
Capitulū XIIII

e Tcū detrahitur tibi itelligas nō moue
aris. qꝛ ſi verꝫ eſt qđ dicit̄ nō eſt icō
ueniēs hoc loq̄ homies qđ tu facere
auſus es. Si aūt verꝫ nō eſt. nō nocet tibi co
rum oblocutio. Velut ſi albꝰ eſſes ⁊ diceret
aliquis te nigrū eſſe. q̄d tibi obeſſet illꝰ dice
re. nihilominꝰ tū eſſes qđ eſſes. ⁊ non aliud
Et ſi q̄s eſtimaret te caprā eē. tamē nō eſſes
Si aūt ad p̄mos motꝰ hmōi aduerſitatum
turbaris ⁊ inflāmaris ex impaciētia. rep̄me
irā ⁊ ſuſtine ad modicū. ſicut q̄ ſuſtinet vſtio
nē cautery. vel ſectionē chirurgici. cogitans
vtilitatē patiētie. ⁊ cito ſanari incipies ⁊ me
lius habere. imo hoc ip̄m expugnare intus.
ac exacerbari magne vtilitatꝫ eſt. qꝛ eſt pur
gatio peccati. vicij lima. exercitatio virtutis
meritū glorie. ꝑparatio pacis. Nō corona
bit̄ niſi q̄ legitime certauerit.

Q d nullꝰ debet odiri nec deſpici malus ꝑ
pter ſpem correctionis.

Capitulū XV

r Ancor ē erga nullū i corde retine. ad
omēs inte corꝫ ⁊ pacificū habere ſtu
de. nec ꝓ tua offenſa nec ꝓ illiꝰ vicio
aliqnē odito nc fias cū illo ſub ſpecie zeli pa
riter vicioſus. Si nō ꝯuenit tibi eiꝰ habere
familiaritatē ꝓpter vite eius deformitatē. ſic
diſpliceat tibi malū qđ habet ex ſe. vt non ſit
tibi bonū execrabile. qđ eſt ex natura in p̄e
ſenti. vel ex grā forſitan in futurꝰ. Multi ei
mali fiūt poſtea boni. quod de om̄ibꝫ viuen
tibꝫ eſt ſperandū.

Quomodo ſit ꝯuerſandū cū illis q̄ ho
minē odiūt ⁊ ꝑſequūt̄ Capitulū XVI

q Uod ſi aliquis te odiret ⁊ detraherꝫ
⁊ niteret̄ ꝯfunderet ⁊ grauare. ſi cuꝫ
eo in ſimilibꝫ vis ꝯtēdere nō vincis
eū nec placas ſꝫ ꝓuocas. ſicut q̄ canē latran
tē minādo ꝓuocat ad mordendū. q̄ ſi latra
tus eiꝰ nō aduertēdo trāſiret citiꝰ cōpeſceret
eum vt abiret. Nā cū hoc intēdat om̄is ad
uerſariꝰ vt moleſtet ⁊ ꝓuocet illū cui aduer
ſatur ſi videt te exacerbari ⁊ cōtriſtari habet
qđ querit. ⁊ tāto fortiꝰ inſtat quomō te gra
uet quāto plꝰ vidꝫ valere conatꝰ ſuos ad id
quod intēdit. Si aūt viderit ꝙ patiēter ſo
ſtines ⁊ ꝑtrāſis ac ſi nō ſentias. confundit̄ i
ſeip̄o ⁊ cōfringent̄ tumētes fluctus eiꝰ. et ex
indignatōe ſua quieſcet. vidēs ꝙ non valet
efficere qđ querebat. vt videlicet te ꝯturba
ret. vel certe cōfuſus cōpunget̄ ⁊ corrigetur
exēplo patiētie tue emēdatus. Q d ſi forte ob
ſtinatꝰ nec corrigit̄ nec deſiſtit te ꝑſeq̄ diſce
aliquid pati ꝓ dño. quia ille q̄ tibi aduerſat̄
grauꝰ torquet ſemetip̄m q̄ꝫ te. Qui autē ſe
ipſum morderet ⁊ laniaret in odiū tui quid
te lederet. imo te de ſe vindicaret. ⁊ ipſe non
tu morſuū vulnera ſentiret. Ita ſentias ⁊ de
illo qui te odit. ſe laniat nō te. Unde tu ha
beto pacē tecū. ⁊ aliena malicia nō tibi noce
bit. Q d ſi verba mala ⁊ cōtumelias tibi itu
lerit. diſcere debes vt om̄ia verba pro ſono
habeas trāſeunte niſi quantuꝫ vales ex eis
edificatiōis capere. ſed inquantū ꝑturbare
poſſunt ⁊ ſcādalizare. ſint tibi vt auiū garri
tus ⁊ latratꝰ canū. hec cū audis ꝑtranſis et
nō curas. Noli ſimilis illi fieri qui tibi đtra
hit. quia ſicut in illo odibile eſt viciū detra
ctionis. ita etiā eſſet in te. Nemo autē in odi
um aduerſarij ſui ſibimet ꝑſcidit naſum. vel
eruit oculos. ſic nemo ſapiens deturpat ſe
ip̄m vt ſic ſe vindicet de inimico. qꝛ tunc nō
triſticiā ſed leticiā cōferret inimico. Si pa
tienter fers iacula aduerſantis alij cōpatie
tur tibi ⁊ impugnabūt ꝓ te aduerſariū tuū.
te tacēte ⁊ diligēt te amplꝰ. Si autē te vin
dicare volueris ⁊ defēdere reſiſtēdo aſpiciēt
⁊ deſpiciēt vos pariter mordētes ⁊ ſcandali
ſentur i vtroqꝫ. Doctrina xp̄i magiſtri domi
ni noſtri eſt. cuiꝰ te eſſe diſcipulū ꝓfeſſus es
in profeſſione regule. diligere inimicos. be
nefacere odiētibꝫ nos. ⁊ ſic noſtra benigni
tate vincere illorū maliciam. ſicut ipſe ma
los mutat in bonos. patienter eos vt ꝯuer
tant̄ expectando ⁊ beneficijs alliciendo.

De illis qui magis volunt alios corrige
re q̄ꝫ ſe emendare.

Capitulū XVII

c Orrige in te qđ in alio rep̄hēdis
⁊ doce te quod vtile vnicuiqꝫ ag
noſcis. feruor tuus agat in te p̄us
Et ita inflammatꝰ alios calefac. ſicut ignis
proxima p̄us. ⁊ poſtea remociora calefacit.
Tu tibi proximꝰ eſto in correctione tui. re
gula ingenij tui ⁊ zelus iuſticie tue p̄mo for
met te in exemplar artis tue alijs imitādū
Oſtende in proprio opere tuo cuiꝰ peritie
ſis in opere alieno. Quidam ſciunt multa
in alijs corrigere. ⁊ vitam aliorum ordina
re. in ſeipſis autē multa icorrecta relinquūt
nec minimam diligētiam adhibent vt pro
prium ſtatū ordinent ad profectū virtutis.

Qñcq̃ ſomniãt ſi eſſent i tali ſtatu vl' officio vel dignitate q̃ bñ vellẽt illã diſponere. ſuũ aũt ſtatũ in q̃ iã ſunt nec ſolicite diſcutiunt. nec emẽdãt. Si aliqñ ammoniti p aliũ. vel ex caſu forte ad ſe reuerſi cogitãt ſe ad melio/ra extẽdere. nec pinde diſponũt qualit' h' fa/ciãt. vel in eo qđ pᵫdẽt nõ pſeuerãt. ꝯſuetu/dine diſſolutõis ⁊ tepore eos ad ſolita reuo/cante.

Q ſenſus ⁊ cogitatiões domãde ſunt ne p licẽnã inſoleſcant.

Capitulũ. XVIII

e Sto tu iuuet potẽs. vt ſtatim ad nutũ ratiõis aſſueſcas tã cogitatiões cordis q̃ mẽbra ⁊ ſenſus corporis a noxijs retrahere ⁊ i bonis ſtudijs occupare. Oculos. manꝰ. linguã. auditũ. ⁊ cogitatũ q̃/ſi in freno manutene. ne inſolẽter euagẽt' ex/tra diſcipline termĩos. q2 ſicut auis vl' beſtia ex coertiõe domitat'. rurſus ex relaxatiõe fi/ũt indomita. ita ⁊ ſenſus exteriores ⁊ cogi/tatiões ⁊ affectiões iteriores niſi ſub diſtri/cta cautela refrenẽt'. ex libertat' licẽtia inſo/leſcũt. ita vt poſtea difficilꝰ redigãt' ſub rõis magiſterio q̃ in pncipio ꝯuerſiõis. Inde ẽ q' puerſi difficilꝰ corrigũt'. q̃ nunq̃ adhuc ꝯuerſi. ſic aĩalia difficilꝰ domãt' vel mãſue/ſcunt i ſenectute q̃ i iuuẽtute. ⁊ ſenſus iuue/nũ capacior eſt ſcie q̃ ſenũ. ⁊ iueterata arbu/ſta inflexibiliora ſũt q̃ recẽtia ⁊ tenera.

De diſcuſſione ſui ⁊ q̃ ſint fugiẽda regen/da repmenda ⁊ toleranda.

Capitulũ XIX

s Epiſſime diſcute teipm ⁊ ꝯſidera ſta/tũ mẽtis ⁊ corpis q̃d deſit ſi deficias vel pficias. q̃d impediat pfectũ. ⁊ q̃/modo illi obuiet'. aut declinãdo. aut reſiſten/do. aut regẽdo. aut tolerãdo. Pctã declinã/da ſunt ⁊ fugiẽda. vicijs ipugnãtibꝫ reſiſten/dũ. officiũ vel alia occaſionalit' impediẽtia regẽda ⁊ ordinãda diſcrete ad pfectꝰ materi/am. aduerſitas tolerãda. ⁊ p vſum tolerãdi fit magꝫ tolerabilis. Et idõ tã odioſa eſt nob aduerſitas q2 nolumꝰ ꝯſueſcere. Si aliquiſ domeſticꝰ tuꝰ vl' vicinꝰ tibi fuerit i corde one/roſus. illi ſtude magꝫ obſeq̃oſus eſſe ⁊ affabi/lis ⁊ cito ſenties remediũ illiꝰ morbi.

Q appetuꝰ q̃ appetit hõ diligi ab hoibꝫ eſt abijciendꝰ Capitulũ XX

n On multũ affectes diligi. q2 diſtra/ctio cordis eſt. ⁊ a q̃ quer' diligi. illi etiã appetis placere. ⁊ ibi etiã admi/ſcet ſe ⁊ adulatio ⁊ ſepe ſimulatio. ne forte di/ſplicere incipias ⁊ minꝰ diligi. turbar' ſ etiã qñ ſuſpicar' te minꝰ diligi q̃ deſideras l' ſpe/raueras. Pauci etiã ſunt ſibi i ſenſu ⁊ affecti/onibꝫ ⁊ moribꝫ ita ꝯformes. vt nõ ſit aliq̃ diſſenſiõis materia int' eos que eſt dilectio/nis aduerſatrix. Itẽ a feminis velle diligi. etiã pter tẽptatiõis laqueũ. ⁊ occupationis materiã ⁊ turbatiõis occaſiones cõtinuas. nota ſuſpitioſe obſeruatiõis nõ carebit. Cõ/mittere deo ⁊ ab illo diligi ſtude fideliter. et de alioꝝ circa te dilectiõe relinq̃ illoꝝ arbi/trio ⁊ diuine volũtati. Dilectio hoĩm fallax eſt. inſtabilis. facile ledit'. ⁊ ad modicũ vtilis ⁊ ſepe nociua. Si dignꝰ fueris diligeris. ſin aũt nõ eſt iuſtũ diligi indignũ. nec vllã ꝛe/uerentiã exhiberi.

Finiũt viginti paſſus de ꝟtutibꝫ bo/norum religioſorũ. ſiue formula noui/cioꝝ doctoꝝ ſeraphici ſctĩ bonauẽture

Sanctus Bonauẽtura ad dñam Blankam reginã hiſpanie De regimine aĩe.

p **Rimum omniũ** neceſſe habes aĩma mea altiſſi/me. piiſſime ſanctiſſime. de optimo deo ſentire.

Certa fide credendo
videlicet Attẽta mẽte ꝯſiderãdo
Perſpicaci ratiõis intuitu cũ ammiratiõe pſpiciendo.

Altiſſime quidẽ de optimo deo ſentis

De nihilo creantẽ ⁊ ſuppor/tantis immẽſam potẽtiã
Si cũcta Gubernãtis ⁊ ordinãtis infinitã ſapientiã
Iudicãtis ⁊ retribuẽtis inde/terminatã iuſticiã.

Fideli pio ⁊ pſpicaci ꝯtuitu. ⁊ credis ⁊ ãmirar' ⁊ pſpic'. ⁊ extra te exiens ⁊ intra te igrediẽs. ⁊ ſ' te trãſcẽdẽs. vt illud ꝟacit' dcãtes. Exultauerũt filie inde ppt iudicia tua dñe qm tu dñs altiſſimꝰ ſup oẽs terrã nimis exaltatꝰ es ſup oẽs deos ⁊c.

Piiſſime de optio do ſent'. ſi eiuſdẽ miſe/ricordiã ammirar' ãplexar' ⁊ bñdic'.

Benignã in noſtre hũanitat' ⁊ mortalitatis aſſumptiõe.
Vtſũme Viſceroſam in crucis ⁊ mor/tis pꝑeſſione
Liberalẽ in ſpiritꝰſcti dona/

tiõe. ⁊ ſacramentorũ inſtitutiõe. cũ ſeipſuꝫ cõmunicet liberaliſſime in ſacramẽto altarꝫ quatenꝰ illud pſal. ex animo cantes. Suauis dominꝰ vniuerſis. ⁊ miſerationes eiꝰ ſup oĩa opa eiꝰ ⁊c.

Sanctiſſime de optimo deo ſentꝫ ſi eiuſdem inexplicabilẽ ſanctitatẽ aduertꝫ mirarꝫ ⁊ laudas. atqꝫ illi cũ ſanctꝫ ſeraphin. ſanctuſ ſanctꝰ ſanctꝰ pclamas. Sanctꝰ primo h̄ eſt in ſeipſo ſanctitatẽ ita ſũme ac puriſſime habens. vt impoſſibile ſit ipm aliqd niſi ſanctũ velle vel approbare. Sanctꝰ ſecũdo hoc eſt ſanctitatẽ ita pfecte in aliis diligẽs. vt ipoſſibile ſit ipm vere ſanctitatẽ ſeruantibꝫ aut gratie dona ſubtrahere. aut glorie pmia denegare Sanctꝰ ⁊ tertio. hoc eſt ita ſeuere oppoſitũ ſanctitatꝫ abhorrẽs vt impoſſibile ſit ipm peccata niſi abhorrere. aut reprobare. aut impunita relinquere. Et ſi ſic ſenſeris cuꝫ legiſlatore cãtabis. Deus fidelis ⁊ abſqꝫ vlla iniquitate iuſtus ⁊ rectus

Poſt hoc oculos tue mẽtis ad dei legem cõuerte. que te iubet exhibere.

ſcꝫ
- Altiſſimo cor humile
- Piiſſimo cor deuotũ
- Sanctiſſimo cor illibatũ.

Cor inqꝫ hũile debes exhibere altiſſimo

Per
- Reuerentiã in animo
- Obedientiã in facto
- Honorificẽtiã in verbo ⁊ ſigno.

quatenꝰ ſm apoſtolicã regulã ⁊ doctrinam. oĩa in gloriã dei facias.

Cor aũt deuotũ exhibere debes piiſſimo

Per
- Interpellationẽ feruentiũ pcum.
- Deguſtationẽ ſpũaliũ ſuauitatũ.
- Actionẽ multiplicium graciaꝝ. vt aĩa tua ingiter p deſertũ aſcẽdat ĩ deũ. ſicut virgula fumi ex aromatibꝫ myrrhe ⁊ thuris.

Cor vero illibatũ exhibere debes ſanctiſſimo ſpõſo. vt nullꝰ ĩ te regnet. nec ſenſu nec pſcia. nec affectu corporee voluptatꝫ applauſus nullꝰ terrene malignitatꝫ affectꝰ. quatenus omni excluſa macula peccati poſſis cuꝫ pſalmiſta cãtare. Fiat cor meũ imaculatũ ĩ iuſtificationibꝫ tuis vt nõ confundar.

Accẽde ergo diligẽter ⁊ vide ſi hec oĩa a iuuẽtute ſeruaſti. Et ſi hec ĩ pſciẽtia reppererꝫ. nõ tibi hoc attribuas ſꝫ dono dei. illiqꝫ gratiaſ agas. Et ſi te inueneris ſemel aut pluries ĩ hoꝝ aliq̃ vel pluribꝫ vl' forte ĩ oĩbꝫ. aut grauiter aut leuiter deliquiſſe. ſiue p infirmitatẽ ſiue p ignorantiã ſiue ex certa ſciẽtia inenarrabilibus gemitibꝫ ſtudeas recõciliari deo. Et ad exhibendã emendã illi ſpũm contritionis aſſume. vt poſſis cũ penitẽte dauid cãtare ac pſallere. Quoniã ego in flagella paratꝰ ſum ⁊ dolor meus ĩ pſpectu meo ſemp.

Debet aũt dolor animi duos hẽre comites vt ſit purgatiuꝰ aie ⁊ placidꝰ dei.

ſcilicet.
- Timorẽ diuini iudicii
- Ardorem interni deſiderii

Vt recupes
- Timendo cor humile
- Deſiderãdo cor deuotũ.
- Dolendo cor illibatũ

Time igitur diuina iudicia que ſunt abyſſus multa.

Time inqꝫ
- Vehemẽter ne forte quãqꝫ ſi aliqualiter penitens adhuc diſpliceas
- Vehementius ne poſt hoc deum offendas
- Vehemẽtiſſime ne finaliter a deo diſcedas. ſemp carẽs lumẽ ſemp ardẽs igne. nunqꝫ carẽs verme niſi p verã penitentiã in gratia finali decedas, vt ſic cũ pphera decãtes. Cõfige timore tuo carnes meas. a iudiciis eñi tuis timui.

Dole quoqꝫ ⁊ ſatage, pter cõmiſſa peccã.

Dole inqꝫ
- Vehemẽter pter annihilatõꝫ omis boni diuinitꝰ tibi dati
- Vehemẽtiꝰ propter impugnationẽ chriſti p te nati ⁊ p te cruci affixi
- Vehemẽtiſſime pter vilipẽſionem dei. Cuiꝰ trãſgrediẽdo leges

Tu
- Inhonoraſti maieſtatẽ
- Denegaſti veritatẽ
- Offendiſti bonitatẽ

Totũqꝫ vniuerſũ
- Debilitaſti
- Deformaſti
- Deordinaſti. dũ diuinis aduerſando ſtatutis iperiis ⁊ iudiciis omnibus tibi ſeruiẽtibus pter deũ.

Abuſa es
- Naturis
- Scripturis
- Iuſticiis
- Miſericordiis
- Donis gratuitis ⁊ pmiis repromiſſis

Quibꝫ diligẽter cõſideratis luctũ vnigeniti fac tibi planctũ amaꝝ. ⁊ deduc quaſi torrentẽ lachrymas p diẽ ⁊ noctẽ. nõ des requiem tibi nec ſomnũ oculis tuis.

Deſidera nihilominꝰ diuina chariſmata diuini amoris in deū cōſcendēs .qui te pec/cantem.

Patienter ſuſtinuit
Tam Lōganimiter expectauit
Miſericordit ad pniaʒ reduxit
Concedendo veniam
Tibi Infundendo grāam
Promittēdo coronam

Dum tamen eidem impēdas vel potius ab ipo ſuſcipias eiꝗ repēdas ſacrificiū ꝯtri bulati ſpūs cordiſꝗ ꝯtriti ꝛ humiliati.

Cōpunctionē amarā
Per Confeſſionē veridicā
Satiſfactiōem cōdignā

Uehemēter diuinā ꝯplacētiaʒ ꝑ largā immiſſiōʒ ſancti ſpūs
Uehemētiꝰ diuinā ꝯformita/
Deſide/ tem ꝑ expꝛiſſam imitatiōem xp̄i
ra inꝗ crucifixi
Uehemētiſſime diuinā ꝯphē/ ſionē ꝑ apertā viſiōeʒ pr̄is eterni.

vt veraciter cū ꝓpheta decātes. Sitiuit anima mea qn̄ veniā ꝛ apparebo añ faciē dei.

Porro vt hūc ſpm̄ vite timorꝫ ꝛ dolorꝫ et ardorꝫ acqras intrinſecꝰ. exerce te foris ad

Modeſtiam
Omnimodā Juſticiam
Pietatem

Quatenꝰ iuxta documētū apoſtoli abnegās impietatē ꝛ ſecularia deſideria ſobrie ꝛ iuſte ꝛ pie viuas in hoc ſeculo.

Exerce itaꝗ temetipāʒ ad om̄imodā modeſtiā vt iuxta apoſtoli doctrinaʒ modeſtia tua nota ſit om̄ibꝫ hominibꝫ

Ad modeſtiā inꝗ parſimonie

Uictu ꝛ veſtitu
In Somno ꝛ vigilia
Ocio ꝛ labore vt in nullo excedas

Ad modeſtiam diſcipline

Silentij ꝛ loquele
Per mo/ Merroris ꝛ gaudij
derame Māſuetudis ꝛ rigorꝫ. iuxta qꝺ oportūitas exigit ꝛ rc̄a rō dictas

Ad modeſtiam honeſtatis

Gloriationem
Per Ordinationem
Compoſitionem.

Actuū motuū geſtuū
ſcilicet Ueſtimētoꝝ ſeu habituū
Mēbroꝝ ꝛ ſenſuū. iuxta ꝙ moralis honeſtas ꝛ regularꝫ obſeruātia id expoſcit. vt merito ſis ex illoꝝ nūero qꝫ ap̄ls dc Om̄ia honeſte ꝛ ſcđm ordinē fiāt in voƀ.

Exerce te quoꝗ ad iuſticiā vt tibi illud ꝓpheticū poſſit veracit̄ aptari. Propt̄ ꝟitatē ꝛ manſuetudinē ꝛ iuſticiā ꝛc̄.

Ad iuſticiā inꝗ integrā

Zelū diuini amoris
Per Obſeruantiā diuine legis.
Deſideriū fraterne ſalutis

Ad iuſticiā ordinatam.

Obedientiā ad ſupiores
Per Societatē ad pares
Caſtigatiōem ad inferiores

Ad iuſticiā perfectā. vt

Ueritati conſentias
Omni Bonitati faueas
Malitie aduerſeris tā menteꝗ verbo. ꝗ ope. nihil agēs alij qꝺ tibi nolis fieri. nihil negās alij qꝺ tibi velis impēdi. q̄/tenus illoꝝ ſis imitatrix ꝑfecta quibꝫ dicit̄. Niſi abundauerit iuſticia veſtra plꝰ ꝗ ſcri/barū ꝛ phariſeorū .non intrabitis in regnū celorū.

Exerce te tandē ad pietatē. qꝛ vt dic̄ apoſtolus. Pietas ad omnia valet ꝓmiſſiōʒ habens vite que nūc eſt pariter ꝛ future.

Ad pietatē inꝗ diuini cultꝰ attent̄e ꝛ de/uote ac reuerenter

Horas ꝑſoluēdo canonicas ac quotidiana cōfitendo peccata ꝛ deplorando
ſcilicet Sacratiſſimā ꝑ tempe eucharistiā ſumendo
Quotidie miſſam audiēdo

Ad pietatē ſaluatiōis animaꝝ

Adiuuādo ꝑ orōnū frequētiaʒ.
Nūc Per ſermonū informationē
Per exēploꝝ incitamēta. vt q̄ audit dicat veni. Hoc tn̄ ſic ſapiēter opꝫ fieri vt ſalutis ꝓprie diſpendiū nō incurras.

Ad pietatē releuatiōis corpaliū ncc̄itatū

Supportādo patient̄.
In Cōſolando amicabiliter
Subminiſtrādo humilit̄. hila/riter. ꝛ miſericordit̄. Ut ſic diuinā impleas legē cū dicat ap̄ls. Alter alterꝰ onera portate. ꝛ ſic adimplebitis legē xp̄i. Ad que om̄ia ꝓſequēda ſup om̄ia credo valere memoriaʒ crucifixi. vt dilectꝰ tuꝰ tanꝗ faſciculus myrre inter mentis tue vbera iugiter cōmoret̄. Qꝺ ipe ꝑſtare dignet̄ q̄ eſt benedictus in ſecula Amen.

# Epiſtola ſancti bo

nauenture ad magiſtrū innominatū elimi
nans errorem cōtra regulam beati Frā/
ciſci. domino reſpondēte p ſeruū ſuum ſan
ctum Bonauenturam.

I

## Nominato

magiſtro frater Bonauē
tura ſpiritū intelligētie ve
ritatis. Proponis chariſ
ſime vt tibi tres articuli d
regula fratrū minoꝝ ab/
ſoluant. de quib⁹ te oſten
dis pluribꝰ rōnibꝰ dubitare. ſcꝫ de paupta/
te. labore manuū. ⁊ ſtudio ſcholariuꝫ et ma
giſtroꝝ. Cum eñ regula dicat ꝙ frēs nō
recipiant pecuniā p ſe vel p interpoſitā pſo
nam. ⁊ rurſuꝫ. nec locū nec aliquā rem ſibi
appropriēt. vident tibi fratres in h regule
cōtraire. cū tibi videant pecuniā p interpo
ſitaꝫ pſonā recipe. libros habere ⁊ domos.
cū non poſſint harū rerū quas habent do/
minos aſſignare. In labore etiā manuū ſi/
bi iniuncto vt videt ſub pcepto. culpabiles
tibi vident. cū nec laici laborēt in operibuſ
mechanicis. nec clerici manu ꝓpria in libris
ſcribendis. quin potius cū magnis ſumpti/
bus faciūt eos ſcribi. ac ſi apud ſe haberēt
numiſmatū pcuſſores. Poſtremo in ſtudio
et magiſterio fratrum cōdemnas. cū regula
dicat ꝙ nō curent neſciētes lrās. lrās diſce/
re. Fratres plerūqꝫ tam clerici ꝙ magiſtri
qui etiā in ſeculo parū aut nihil de philoſo
phia audierūt ſtudent. recitant. ſcriptitant
imo qđ plus eſt laniāt. diſſipant. edificant.
Nec videt tante humilitatis pfeſſoribꝰ poſſe
cōpetere nomē magiſtri. cū hoc videat do
minus in euāgelio ſuis diſcipulis inhibe/
re. quoꝝ nos dicimur imitatores tanqꝫ p/
feſſores euāgelij ieſu chriſti. Hec vt aſſeris
tibi in corde de ſtatu ⁊ ſalute fratrū ſcrupu
lum generāt. ⁊ tuā pſcientiā inquietāt. Su
per hec addis aſſertionē quorūdā. qui tibi
niſi ſunt hanc pſcientiā de fratribꝰ fabrica/
re. Intende igit in ea que dictur⁹ ſum. da/
bit eñ tibi dñs precibꝰ glorioſe vginis ⁊ be
ati Franciſci rectū in omībꝰ intellectuꝫ.

Suppōnis ꝙ regula pauptatē pcipit. cō
mendat laborē. vetat curioſitateꝫ. Suppo/
no ⁊ ego. deteſtans ob hoc receptiōes pecu
niarū ꝓprietates librorū ac domorū. Vitu/
pero et ego. imo nos omēs pſeqmur forti/
ter ⁊ culpam⁹. In hoc cōuenimus. ſꝫ ꝙ fra/
tres tales credis. aut ſi nō credis dubitaſ.
in hoc penitus diſſentim⁹. Nec enim h cre/
do nec dubito. certū habens oppoſitū tan/
ꝙ verū. nō quia nullus in ordine talis ſit q
non poſſit culpari in aliquo predictorū. cū
nec in duodecim apoſtol' talis pfectio potu
erit reperiri. ſed cōmunitatē ſtatus de qua
et tu iniūgis defenſandā aſſumpſi. Vi/
de igit quid ſentire debeas de receptione
pecunie. Teſtificor corā deo quoniā verita
tem ſum expſſurus ſm meā conſcientiā in
omībꝰ que ſubiungā. Nō credo te aliqten⁹
dubitare. quin paupibus quātūcunqꝫ extre/
maꝫ vouerint paupertatem liceat recipe ele/
moſynaꝫ. niſi velint ſe occidere. quod ſi ne/
phas eſt licet hoc fratribꝰ. qđ nullus ſane
mentis ignorat. Nō eſt igit cōtra eorū pro
feſſioneꝫ. ſi qs diues homo hāc eis miſtrat
manu ꝓpria. Qđ ſi noluerit poteſt eis mini
ſtrare p manū ſerui ſui. Qđ ſi ille ſeru⁹ non
poſſit. ſed cōmittat alij. quare nō liceat per
manuꝫ terciā. nō videtur. Quare etiam vſ/
qꝫ ad decimā manū nō poteſt. nō video. Et
ſi diues habēs pecuniā dat victū aut veſti/
tum fratribꝰ neceſſariū. nōne poteſt ipe ma
nu ſua emere. nōne poteſt ipe pecuniā pro
emptione alij cōmittere. et ſic p multas ma
nus in vſus fratrū expendere p releuādis
eorū neceſſitatibꝰ ſine offenſione fratrum.
Quis ſane mentis hoc dubitat. cū pecunia
ita ſit dñi cū cōmittit pſone intermedie. ac
ſi ipe dominus eam manu ꝓpria pſeruaret.
Niſi forte qs ita deſipiat vt dicat ꝙ pecūia
in manu ſeruientis poſita trāſeat in eius do
miniū. ⁊ deſinat eſſe domini. qđ penitus ab
ſurdum eſt. Et ſi dicas ꝙ dñs ſimpliciter ⁊
abſolute dare intendat fratribꝰ. dico ⁊ ego
ꝙ nullus ſane mētis dare intendit fratribꝰ
niſi put competit regule ⁊ pfeſſioni eorum.
Quis eñ daret elemoſynā vt eos faceret p
dere vitā eternā. Dat ergo eo modo q fra/
tribꝰ expedit. ſcꝫ cōmittendo alicui qui p ſe
eā diſpenſet in his rebꝰ quas fratribꝰ licet
accipere. ⁊ ſic pecunia illa p quorūcūqꝫ ma/
nus tranſeat nullo mō ſpectat ad fratres.
q: ſemp eſt pmi dñi. Et eſt p hoc manifeſtū
ꝙ nec p ſe. nec p interpoſitā pſonam eā reci
piunt. Fateor corā deo ita eſſe verū in con/
ſcientijs fratrū. Et ſi mihi forte nō credis.

tamen ipi dño pape. qui in vtroq; iure peritus. ordinis et pfectionis emulator. qui vt ipſe teſtat᷑ in ↄditione regule beato Frāciſco aſtitit. ꝛ eius plenū intellectuz agnouit. Qui reqſitus a fratribꝫ dicit. ꝙ frēs volentibꝫ ſibi elemoſynas facere pñt fidelem aliquē pſentare. Qui taliter pſentatus nō eſt eorū nunci⁹. ſed illius pon⁹ cui⁹ mandato ſolutōnē facit. ſeu recipienꝫ eandē. Hec ſunt verba ipius. Quis ita deſipit. vt ſi dicam alicui. iſtc fideliter exequet᷑ vel cuſtodiet qđ ei cōmitteo. ꝙꝓpter hoc quicquid ille accepit fiat meū. cū etiā licꝫ hec ꝟba nō ſemper expmant᷑. ſemꝑ tñ habent᷑ in corde. ꝛ ſp ab alijs credun⁹ ſic accipi. Quis ḡ tam improbꝫ vt impugnaret hanc veritatē. ꝑ tantorū virorū ↄſcientiā ſanā et diſcretā. ꝑ tantam rei euidentiā. ꝛ vt nihil deſit per ſedem apoſtolicā cōfirmatā. Cert⁹ ſum ꝙ talꝫ portabit iudiciū. De libris ꝛ vtenſilibꝫ quid ſentias audi. Clamat regula expſſe imponens fratribꝫ officiū ↄ dicādi. quod nō credo in aliqua alia regl'a repiri. Si igit᷑ predicare nō debēt fabulas ſed verba diuina. ꝛ hec ſcire nō poſſunt niſi legāt. nec legere niſi habeant ſcripta planiſſimū eſt ꝙ de pfectione ſic eſt hr̄e libros ſicut eſt pdicare. Et ſicut nō obſtat ordinis pauptati habere miſſalia ad cantandū miſſas. ꝛ breuiaria ad horas dicēdas. ſic non obſtat ꝛ biblias ad verba diuina pdicanda. Licet igitur libros habere Sed nunqd regula ſibi ↄtraria eſt q̄ alibi mandat nihil hr̄e. Abſit h̄ vt in ea ſit ↄtrarietas aliq̄ ſicut nec falſitas. cū tota de fonte euāgelij ſit extracta. ſicut mihi qui parū noui facile eſſet oſtendere. Dico ergo ꝙ fratribꝫ horuꝫ cōceſſus eſt vſus. ſed vetat᷑ appropriatio. Nā nō dicit regula. Fratres nihil habeāt nec aliqua re vtant᷑ qđ eſſet inſanū ſed ꝙ nihil ſibi approprient. Cui igit᷑ horū ꝓprietas aſſignabit᷑. Sic reſpondeo ego ꝙ cuiuſcūq; ſit. nō eſt mea nec ordinis. ꝛ h̄ mihi ſufficit ad mee cōſcientie puritatē. Ne tñ hominibꝫ fugā parare videar dico harū rerū mobiliū gubernatori ꝛ ꝓtectori ordinis cardinali poteſtatē ꝛ auctoritatē et ꝓuidentiā a dño papa eſſe cōceſſam. Sicut eñ dñs papa ait. nec vendi debent mobilia. vel extra ordinez cōmutari quoq; modo. niſi eccl'ie romane cardinalis q̄ fuerit ordinis gubernator ſuꝑ hoc auctoritatem pbuerit ꝛ aſſenſum. Sed dicis, Nunquid q̄ biblias dant fratribꝫ intendūt eas dare pape aut cardinali. Dico ꝛ ego. Nūqd pater q̄ dat bibliā filio intendit labefacere ordinē filij. et filiū ſuum facere filiū diaboli. Credo te dicere ꝙ nō. Dat igit᷑ filio intendens ꝙ ordinis pauptas ſit penit⁹ illibata ac ꝑ hoc vt ordo vtatur. ꝓprietas autem ſit eius. cui⁹ decreuerit paſtor ordinis ꝛ eccleſie. At nō credis ꝙ ſi pater nō poſſit filio librū dare niſi ꝑ manū alicui⁹. de quo preſumeret ꝙ nō eſſet filij ſui pdator ſed paſtor. vtiq; daret vt filio cōmodaret ad vſum. Et in hoc meli⁹ ꝓuiſum eſt ordini domino faciente. Nā ſi librorū ꝓprietas remaneret penes parētes. ſic miniſtri nō poſſent auferre fratribꝫ libros. ꝛ eſſent q̄ſi ꝑpetui ad vitaz. Nunc autē ordo nihil ſibi approp̄riat in libris. dū miniſtri libros nec vendere nec alienare auctoritate ꝓpria pñt. nec fratres ſubditi poſſunt. dū frequēter reſignant. ꝛ eis ꝑ voluntate miniſtrorū aſſignant᷑ ꝛ auferunt᷑. Certus ſum ꝙ hec eſt ↄſcientia fratrū. Ut autē nihil remaneat audi de domibꝫ. Dico domos nō eſſe fratrū. Sed ſi de ſolo queris. Dico ꝙ dannū eſt et patronoꝝ. Si de edificijs. pari rōne edificantiū vel eoꝝ quorū eſt ſolū. q2 cedit ſolo vnius ſi vnus edificat. vel pluriuꝫ ſi plures. Nenno2 etem ſi nō domin⁹ papa dicit in regula. ſalno locorū ꝛ domoꝝ dominio illis ad q̄s noſcit᷑ ptinere. In loco intelligens ſolū in domibus edificia ſuꝑaddita. Unde nec appropriam⁹ nobis locū. cū dicam⁹ eſſe illoꝝ q̄ dant impenſas. vel cedit ſolo. Nec etiā vſus appropriam⁹. niſi ꝑ voluntate eorū q̄ fratribꝫ ↄcedunt pdicta. Certus ſum eñ ꝙ hec eſt ↄſcientia fratruz. Nō obſtat ſi aliquādo vidiſti cōtrariū quod nō credo. q2 indiſcretioni vnius nō ad oñes debet nec ad ſingl'os retorqueri. Si dicis nos tāq; aduenas ꝛ ꝑegrinos debere ire de domo in domū. parcat illi de⁹ q̄ primo hāc ſtulticiā cogitauit. Nōne beat⁹ Franciſc⁹ edificauit loco. Nunqđ tanq; ꝑegrinus ibat quotidie vnā dietam. Nunqd beat⁹ Petrus cū dicat in canonica ſua. obſecro vos tanq; aduenas ꝛ ꝑegrinos ꝛc. voluit ꝙ oñes trāſirent de domo in domuz. Cū eñ dicat eccl'iaſtic⁹. vita nequā hoſpitari de domo in domū. Tam petrus q̄ frāciſcus filijs ꝛ diſcipulis ſuis nō ſanctā vitā ſed nequā impoſuiſſent. ſi ſcḋm pdictuz intellectū nos ſimiles eſſe ꝑegrinis

mādarent. Sed hoc dictū intelligit̄. vt nō currat ſimil tudo q̄ttuoꝛ pedibꝫ. ſed vt domos in q̄bus habitamꝰ paruꝫ diligamus. nec ꝓprias reputemꝰ. ſicut peregrinus q̄ tranſit in patriā domū non diligit in via tanq̄ ꝓpriam. ſed vtit̄ tanq̄ aliena. Qui aliter ſapit ipſe ſua inſipiētia manifeſtat ꝙ nihil omnino ſapit. Quomō ergo poſſet eſſe regimē ⁊ ordo ꝑlatoꝝ. q̄ ita diſtricte manet in ordine beati Franciſci. ſi omēs eſſent inſtabiles et vagabundi ꝑ orbē. Hoc vero ſentit q̄ nihil vidit de ordine. Veniā ad laborē manuū. vbi taliter inſiſtis. vtrū ſit cōſiliū vel ꝓceptū. Ego autem dico non intendere beatū Franciſcū manualē laborē. nec ꝓcipe nec conſulere nec monere. ſed ſuppoſita ammonitiōe apoſtoli fratribꝫ nimis vł minus ſollicitis ad laborē dat formā laborandi. Quidā em̄ ſic intendebāt labori manuali. vt necaret̄ i eis deuotio orōnis. Qḋ q2 ꝑiculoſum erat. cū actiua debeat deſeruire cōtemplatiue. dedit eis formā ſanctiſſimus pater. vt ſic laborent q̄ laborare vellent ſcirent ⁊ poſſent. vt ſancte orōnis ⁊ deuotionis ſpiritū nō extinguāt. Hoc em̄ ſequit̄ in textu regule imediate. Vnde attende ꝙ nō dicit ꝓcipio vel cōſulo fratribꝫ ꝙ laborent. ſed quibꝫ dedit dñs grām. qḋ nō ſolum includit potentiā ſed voluntatē laborādi. Sicut ſi diceret. frēs quibꝫ dedit dominꝰ grām lachrymādi lachrymenit̄ ita modeſte ꝙ oculos nō amittant. nō ꝓciperet lachrymari. ſic nūc intelligit. Ipe autē de labore manuū vim nō faciebat. niſi ꝓpter ocium declinandū. quia cū fuerit regl'e obſeruatoꝛ ꝑfectiſſimus. nō credo ꝙ vnq̄ lucratus fuerit de labore manuū. xij. ḋ. vel eoꝝ valorem fratres. ſed potiſſime ad orationē monebat. Non em̄ volebat ꝙ illā extinguerent ꝓpter lucrū. Vnde ꝓuincialibꝫ miſtris relinquit̄ ꝙ nō ꝑmittant frēs ſuos ocioſos. Ego vna tecū ſi qui tales ſunt iudico arguendos. ⁊ verberibꝫ puniēdos tanq̄ ſeruos malos et pigros. Nō tamē ꝓpter hoc tibi diſpliceat. q2 ſatis ibi inuenies copiā laborādi tam in ſtudio veritatꝫ q̄ in exercitio humilitatis. pietatis. ⁊ cuiuſlibet alterius virtutis. Nā fratrū elemoſynas q̄rere. coquinam facere. infirmis ſeruire. ſcutellas lauare. et in oībꝫ humilitatꝫ exercitijs laborare. que dulcioꝛa fratribꝫ ſunt q̄ multa officia dignitatis. Sed q̄d dicemꝰ de aſcendentibꝫ ad cathedrā. cū regula dicat ꝙ nō curent neſciētes l̄ras. l̄ras diſcere ⁊c̄. cū etiā euangeliū dicat ꝙ nolimꝰ vocari magiſtri. Dico ego ꝙ regula nō vetat ſtudiū litteratis. ſed illitteratꝫ ⁊ laicis. Vult enim iuxta apl'm. ꝙ vnuſq̄ſq̄ in ea vocatiōe qua vocatꝰ eſt ꝑmaneat. vt ad clericatū de laicatu nullꝰ aſcendat. nec vult ꝙ clerici fiant laici ſtudium recuſādo. alioquin ipe trāſgreſſoꝛ fuiſſet. qui cū paucas l̄ras ſciret. poſtmodū in l̄ris ꝑfecit in ordine. non ſolū orādo ſed etiā legendo. Vnde vt ſcias q̄ntū ſibi placuerit ſtudiū ſacre ſcripture. audiui ego a fratre q̄ vidit. ꝙ cū nouū teſtamentū veniſſet ad manus ſuas. et plures frēs non poſſent ſimul hr̄e. diuidebat ꝑ folia. ⁊ ſingul'ꝭ cōmunicabat vt omēs ſtuderent. nec vnus alterū impediret. Clericos etiā quos recipiebat ad ordinē in ſumma reuerentia habebat. et in morte mādauit fratribꝫ ꝙ doctores ſacre ſcripture in ſumma reuerētia haberent. tanq̄ illos a quibꝫ recipent ꝟba vite. Vnde cū nomē doctoris veneraret̄ intelligebat hoc euāgeliū nō vetuiſſe. alioq̄n Paulus apl'us euāgelio cōtradiceret. q̄ ſe ꝑma epiſtola ad Thimo. magiſtrū gentiū vocat. qḋ maioꝛis impudētie videt̄ q̄ ſi ab alijs vocaret̄. Dico ergo ꝙ ſm̄ euangeliū pompa huꝰ nomīs ꝯdemnāda eſt et nullatenus appetenda. ſed officiū aſſumendum. Quos em̄ magꝫ decet euāgeliū docere. q̄ qui euangeliū ꝓfitent̄ et ſeruāt. Nā cū dicat euangeliū. qui fecerit ⁊ docuerit hic magnus vocabit̄ in regno celoꝝ. Quis ſane mentis dicat vt magiſter ⁊ frater Alexander diues debuerit ꝑdicare ⁊ docere. beati paupꝫ ſpū. ⁊ pauꝑ effectus debuerit reticere. Certe ſi frēs decet addiſcere et ruminare tanq̄ mūda anīalia. verba diuīa. et ſibijpis ſufficiūt in docendo. q̄s tam ſtultus eſt vt dicat ꝙ doctrinā quā eos decet facere ⁊ docere debeāt a nō facientibꝫ mendicare. Condēno igit̄ tecū in magiſterio pompam. ſed cōmēdo officiū. Damno frēm minorē pompoſū. ⁊ dico eū magiſterio penitus indignū. ſed cōmendo ſtudioſum. credens ꝙ nulli magis q̄ tali cōpetat auctoritas docendi euāgeliū ieſu chriſti. Reſtat igitur vt de philoſophātibꝫ aliq̄d ſubiūgamꝰ. Audi chariſſime ſicut in ceterꝫ. ſic ⁊ in hoc parte cōcordemꝰ. Fateoꝛ diſplicent tibi curioſitates. diſplicent ⁊ mihi. ⁊ diſplicēt fra

tribus bonis. et diſplicet deo ꝛ angelis ſu/
is. Nec defendo circa ſcripta puerilia muſ/
ſitantes. ſed deteſtoꝛ eos pariter tecũ. Un
de ꝛ tibi et mihi cõſulo vt habeam⁹ zelum
ſm ſcientiã. ne deteſtemur plus ꝙ̃ oportet.
Fortaſſe eñ inter peccata minuta ꝛ venia
lia cõputandũ eſt. Vt eñ grana abſq̃ pa/
leis colligi poſſunt. ꝛ verba diuina ſine ver/
bis humanis. Hec autez om̃ia ſeparantur
ꝑ zelũ cõpunctionis et fletũ deuotõis que
faciũt triticũ veritatis a verboꝝ paleis ſe/
parari. Et fortaſſe videnẗ aliqui curioſi. q̃
magis ſunt ſtudioſi. Si q̃s eñ ſtuderet in
dictis hereticoꝝ. vt eoꝝ ſentẽtias declinã
do magis intelligeret veritatez. nec curio/
ſus nec heretic⁹ ſed catholic⁹ eſſet. Cũ ver/
ba philoſophoꝝ aliq̃ñ plus valent ad intel
ligentiã veritatis ꝛ erroꝝ confutatiões. nõ
deuiat a puritate in his aliq̃ñ ſtudens. ma
xime cũ multe ſint ꝯcluſiões fidei. que ſine
his terminari nõ poſſunt. Unde ſi velimus
nimis ſtricte iudicare. fortaſſe ipſos ſanctos
quod impiũ eſt iudicabim⁹ curioſos. Naz
nullus meli⁹ naturã tempis et materie de/
ſcribit ꝙ̃ Auguſtin⁹ inquirẽdo ꝛ diſputan
do in libro ꝯfeſſionũ. Nullus meli⁹ exitus
formarũ et ꝓpaginẽ rerũ ꝙ̃ ipſe ſup Geñ. ad
lrãm. Nullus meli⁹ queſtiões de aĩa ꝛ de
deo ꝙ̃ ipſe in lib. de trinita. Nullus melius
naturã creatiõis mũdi ꝙ̃ ipſe in lib. de ciui.
dei. Et vt breuiẗ dicaz. pauca aut nulla po
nunt magiſtri in libris ſuis. q̃n illa repias
in libris Auguſtini. Lege Auguſtinũ d̃ do
ctrina chriſtiana. vbi oſtẽdit quõ nõ poteſt
intelligi ſacra ſcriptura ſine aliaꝝ ſcientia/
rũ peritia. Oſtendit etiaz ꝙ ſicut filij iſrael
aſportauerũt vaſa egypti. ſic doctores theo
logici doctrinaz phĩe. Unde multa que nõ
didicim⁹ ꝑ phõs ꝛ de dictis phĩe didicim⁹
ꝑ ſanctos. Ac ꝑ hoc nõ debet tibi eſſe mirũ
ſi minus fundati intrãtes. fiant in ſcientia
in ordine fundatiores. Sed eſto ꝙ iſta ſint
reꝑhẽſibilia ꝛ purgãda. nõ ꝓpter hoc retra/
haris. q2 nullus ad hoc cõpelliẗ. ſed is ma/
gis amaẗ. qui magis eſt taliũ aſpernatoꝛ.
Nec ꝑlati ta'ia ꝑcipiunt ſed ꝑmittunt. Nec
ꝓpter tres vel quattuoꝛ vicioſos debet ma/
giſter contẽnere innocentes. Etſi aliq̃ abũ/
dent libris ad tempus. alijs pleriſq̃ multo
plus indigentib⁹ poterint diſpenſari. cum
multo plures egeant ꝙ̃ abundent. Nec te
moueat ꝙ fratres fuerunt in ꝑncipio ſim/
plices ꝛ illitterati imo magis debet hoc in
te fidem ordinis ꝯfirmare. Fateoꝛ coram
deo ꝙ hoc eſt qđ me fecit vitã beati Fran/
ciſci eligere. ꝙ nõ fuit ꝑ hominũ prudentiã
inuenta ſed ꝑ chriſtũ. ꝛ q2 opa chriſti nõ de
ficiunt. oſtendiẗ hoc opus fuiſſe diuinum
dũ ad conſortiũ virorũ ſimpliciũ etiã ſapi/
entes nõ ſunt dedignati deſcendere. atten/
dentes illud apoſtoli. Si q̃s eſt inter vos
ſapiens. ſtult⁹ fiat vt ſit ſapiens. Rogo cha
riſſime. vt nõ nimis abundes in ſenſu tuo.
nec credas te prudentiorẽ nec meliorẽ om/
nib⁹. quos deus ad ſtatũ iſtuz vocauit. etſi
vocauerit te nõ recuſes. Vale in dño.

Explicit epiſtola ſancti Bonauẽture ad
magiſtrum innominatum.

P Ater noſter Dignitate. quia a chriſto compoſita.
Orõ hec ꝓuilegia Breuitate. vt citꝰ ſciať. meliꝰ retineať. frequentiꝰ dicatur
ta eſt in tribꝫ. In Fecunditate. quia omnes petitiões cõtinet. et vtriuſqꝫ vi
te neceſſaria complectitur.

Pater nr̄ diuidiť in Exordium. Pater noſter.
Tractatū. Sanctificetur nomē tuum ꝛc̄.
Concluſionē. Si enim dimiſeritis. Sed hec concluſio non
eſt de integritate orationis.

Exordio datur petenti fiducia. cū diciť. Pater noſter. nõ domine.
Domis ſeruiť timore. pr̄i amore. Malachie. j. Filiꝰ honorat
In pr̄em ſuū. ꝛ ſeruus dn̄m ſuū timebit. Si ḡ pater ego ſū. vbi
honor meus. ꝛ ſi dn̄s ego ſum. vbi eſt timor meus.
Tractatu ponunť omnia nobis neceſſaria.
Concluſione infertur neceſſaria ex ꝑmiſſis cõſequentia.
Generaliť oim̄ ꝑ creationē. Deut. xxxij. Nūqd nõ ipe eſt pr̄ tuus q̄ poſſedit ꝛ
fecit ꝛ creauit te. Fecit in corpe. creauit in aĩa. poſſedit in vtroqꝫ.
Deꝰ diciť Specialiť iuſtoꝝ ꝑ adoptionē. Matth. v. Eſtote ꝑfecti ſicut et pater veſter
pater nr̄ celeſtis ꝑfectus eſt. Luce. xj. Si ergo vos cū ſitis mali ꝛc̄.
Singulariť chriſti ꝑ eternā generationē. Joh. v. Nõ ſolū ſoluebat ſabbatū
ſed ꝛ pr̄em ſuū dicebat deū. Mat. xj. Neqꝫ pr̄em q̄s nouit niſi filiꝰ. ꝛ cui voluerit filiꝰ reue-
Primo modo ꝑ impreſſam imaginem (lare.
Pater eſt Scđo modo ꝑ appoſitam gratie ſimilitudinē
Tercio modo ꝑ eternam originem.
Qui es in celis. i. in angel'. vl' celis. i. in ſctis. Sancti em̄ diciť celi q̄druplicitér. ſcilicet
Vite ſublimitatem. Philip. iij. Noſtra cõuerſatio in celis eſt.
Bonoꝝ operū claritatē. Phil. ij. Inter q̄s lucetis ſicut lumĩaria in mun
Propter do verbū vite continētes. Matth. v. Luceat lux vr̄a corā hoibꝫ ꝛc̄.
Propoſiti firmitatem. Pſal. Verbo domini celi firmati ſunt.
Deum in eis quieſcentē ꝑ gratiā. Iſa. lxvj. Celum mihi ſedes eſt. pſ. Do-
minus in celo parauit ſedem ſuam.
Dicit ergo. Pater noſter qui es in celis. id eſt in ſpiritualibꝫ. vt ad ſpiritualē manſuetu-
dinem in qua habitat feſtinare diſcamus. ꝛ celeſtia ab eo queramus.

Sanctificetur nomen tuum. Terminato exordio ſequiť tractatus. qui diuiditur in
duas partes. In prima oratur ꝓ bonis adipiſcendis. In ſecūda ꝓ malis amouēdis. Ibi
Et dimitte nobis debita noſtra ꝛc̄.

Primo petiť ꝓ bo-
nis adipiſcendis
Sunt bona
Eterna q̄ petūť — In ꝑmiū. Sctificeť nomen tuū. Petimus ꝙ
ipa gl'ia ſiue ꝑfecta noticia cõfirmetur in no
bis Et hoc erit in gloria ꝑſeuerando.
Spūalia q̄ petunť — In meritū ſiue in bonū ꝑſeuerantie. Aduenī
at regnū tuū. i. eccl'ia vel aĩa in q̄ per gratiā
regnas. adueniat. i. in finem ꝑueniat.
In bonū gratie. Fiat volūtas tua. i. libertas
nr̄i arbitrij ſociet ꝑ grām tue voluntati.
Tpalia q̄ petūť — In ſuſtentationem ſiue tempale ſubſidium.
Panem noſtrū quotidianū da ꝛc̄.

Scđo petiť ꝓ amouen-
dis malis
Preteritis Et dimitte no. Preterita mala Dolenda.
Preſentibꝫ Sꝫ liba n. a ma. Pn̄tia mala Sūt Vitanda.
Futuris. Et ne n. idu. i. ꝛc̄. Futura mala Precauēda.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | Sctificeť no.t. | | Sapia | | Regnū celorum. |
| | Adueniat reg.t. | | Intellec⁹ | | Poſſeſſio terre |
| | Fiat volūtas t. | | Conſiliū | | Conſolatio |
| Septē ſūt petitiones | Panē no.qti. | Septē dona | Fortitudo | Sēptē bti tudines | Saturitas. |
| | Et dimit.n.d.n. | | Scientia | | Mīe ꝯſecutio |
| | Et ne n indu. | | Pietas | | Viſio dei. |
| | Sz li.nos a ma. | | Timor | | Filiatio dei. |

Septē ꝟtutes cōtra ſeptem vicia:
Pauptas ſpiritus cōtra ſupbiam ſiue inanem gloriā.
Manſuetudo contra iram.
Luctus contra inuidiam.
Sitis iuſticie contra accidiam.
Miſericordia contra auariciam.
Mundicia cordis contra gulam.
Pax contra luxuriam.

Homo ergo egrotus.deus medicus.vicia languores.petitiones planct⁹.dona antidota. virtutes ſanitates.beatitudines felicitates ꝛ gaudia.petitiōib⁹ dona.donis virtutes.virtutibus beatitudines obÿciuntur.ꝛ vicia excluduntur.

Sanctificetur nomen tuum:
Petitio ſanctificatio
Donum ſapientia
Virtus pax.
Beatitudo filiatio dei.
Vicium contra quod luxuria.

Sctificeť no.t. Nomen dei inuenimus:
Terribile.Deut.xxviij.Niſi timueris nomē ei⁹ gl'ioſum ꝛ terribile. hoc eſt dominū deum tuū.augebit dominus plagas tuas.
Admirabile.Pſal.Domine domin⁹ noſter ꝙ̄ admirabile ꝛc̄.
Laudabile.Pš.A ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum ꝛc̄.

Eſt ḡ nomen dei:
Terribile quantū ad potentiam.que attribuitur patri.
Admirabile quantū ad ſapientiam.que attribuitur filio.
Laudabile quantū ad bonitatē.que attribuiť ſpūiſancto.

Sanctificatur ergo.id eſt in nobis firmatur.

Nomen tuum:
Terribile in cognitione ſumme poteſtatis.
Admirabile in cognitione prime veritatis.
Laudabile in cognitione ſumme bonitatis.

Dicit ergo.ſanctificetur nomen tuū.quaſi diceret.Da nobis ſpiritū ſapientie.id eſt iocunditatem internā.vt guſtemus ꝙ̄ ſuauis es.ꝛ hoc generet in nobis pacem.ꝛ hoc contra luxuriam.quia non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorum.

Adueniat regnum tuum:
Petitio aduentus regni.
Donum intellectus.
Virtus mundicia cordis.
Beatitudo viſio dei.
Vicium contra quod gula.

Adueīat regnū tuū Regnū dei dicitur:
Militans ecclia.Math.Mittet filius hominis angelos ſuos.ꝛ colligent de regno eius omnia ſcandala.
Doctrina euāgelica.Luce.xvj.Lex ꝛ ꝓphete vſqꝫ ad iohānē.ꝛ ex eo regnū dei euāgelizať.et omnis in illud vim facit.
Beatitudo eterna.Math.x.y.Fulgebūt iuſti ſicut ſol ī regno patris eoꝝ.De h̄ ꝑcipue accipiť qd̄ hic dicitur.Licet nō incōgrue de alijs accipi poſſit.

Dicit ergo.Adueniat regnum tuum.quaſi dicat.Da nobis ſpiritū intellectus.ꝙ̄ mundati corde intelligamus te in ꝑſenti regnare per fidem.vt in futuro videam⁹ te regnare ꝑ

ſpeciem.ꝛ hoc eſt contra gulam.de qua dicitur. Uinum ꝛebrietas aufert coꝛ.

Fiat volūtas tua
- Petitio voluntatem dei fieri.
- Donum conſilium.
- Uirtus miſericoꝛdia.
- Beatitudo miſericoꝛdie cōſecutio.
- Uitium contra quod auaricia.

Eſt voluntas dei ad
- Creationem. Pſ. Omnia quecunq̨ voluit fecit.
- Gratificatōnē.j. Theſ.iiij. Hec ē volūtas dei ſctificatio veſtrā.
- Gloꝛificationem. Joh.vj. Hec eſt voluntas patris mei qui miſit me.vt omnis qui videt filium et credit in eum.habeat vitam eternam.

Eſt ğ volūtas dei
- Creans.
- Gratificans.ꝛ de hac accipitur hic.
- Gloꝛificans.

Dicit ergo. Fiat volūtas tua.q̄ſi dicat. Da nobis ſpiritū conſilij vt faciamus voluntatem tuam.m aīme miſericoꝛdiā.que perimit auariciam.quaten⁹ miſericoꝛdiā cōſeq̄mur. Scđm illud. Beati miſericoꝛdes.qm̄ ipi miſericoꝛdiā conſequent̄. Sicut em̄ auaricia cōſiſtit in acquirendo ꝛ retinendo.ita miſericoꝛdia in dando ꝛ dimittendo. Quid aūt ꝓdeſt ſepius dicere. Fiat voluntas tua.ꝛ nolle iuuare. Uult deus apud te eſſe pauper. vt ꝑ eos ſalueris ꝛ coꝛpe ꝛ aīa. Cū em̄ defuerūt vaſa ſtetit oleū. Uos venitis volūtatē frangendo

Panē nr̄m q̄tidianū
- Petitio panem dari.
- Donum foꝛtitudo.
- Uirtus eſuries iuſticie.
- Beatitudo ſaturitas.
- Uitium contra quod accidia.

Panē no.q̄. Eſt panis
- Coꝛporalis. Geneſ.iij. In ſudoꝛe vultus tui veſceris pane tuo.
- Sacramentalis.j.ad Coꝛinth.xj. Quicunq̨ manducauerit panē hunc et biberit calicem domini indigne ꝛc̄.
- Eternalis. Joh.vj. Ego ſū panis viu⁹. Et i'le ꝑcipue dr̄ ſupſubal̄.

Hiero. Supſubſtantialis panis eſt q̄ dicit. Ego ſū panis viu⁹ ꝛc̄. Qui videlicꝫ vniuerſas ſupat creaturas. Licet aūt ſint multi panes myſtici. De his tamen trib⁹ exponunt doctoꝛes qđ hic dicit̄. Uñ Aug⁹. Panis q̄tidian⁹ dicit⁹ vl̄ neceſſaria hui⁹ vite vel ſacramētum coꝛpis chriſti. Opoꝛtet ergo vt cōiuncte oīa iſta tria accipiant̄. vt.ſ. panē quotidianū peramus.ſimul ꝛ neceſſaria coꝛpi.ꝛ ſacramentū viſibile.ꝛ inuiſibile verbum dei. Unde de his tribus poteſt accipi quod dicit̄ Luce.xj. Amice cōmoda mihi tres panes.

Ergo
- Primus pan's eſt ad coꝛpis ſuſtentationem.
- Secūdus in via ad anime refectionem.
- Tercius in patria ad eternam fruitionem.

Dicit ergo. Panem noſtrū ſupſubſtantialem ꝛc̄.quaſi dicat.da nobis ſpiritū foꝛtitudinis.qui multiplici pane roboꝛat animā.ne deficiamus in pſenti.eſuriendo iuſticiā.ꝑ quam expellentes accidiā plena iuſticia ſaturabimur in futuro.ſm̄ illud. Beati qui eſuriūt ꝛ ſitiunt iuſticiam.quoniā ipi ſaturabuntur.

Dimitte nobis debita noſtra
- Petitio dimitti debita.
- Donum ſcientia.
- Uirtus luctus.
- Beatitudo conſolatio.
- Uitium contra quod inuidia.

Dimit.no.de.no. Eſt debitum
- Offenſe. Math.xviij. Serue nequā om̄e debitū dimiſi tibi.
- Bone vite. Luce.xvij. Cū feceritis om̄ia que ꝑcepta ſunt vobis dicite.ſerui inutiles ſumus.quod debuimus facere fecimus.
- Pecunie. Prouer.xxij. Noli eſſe cū his q̄ defigūt man⁹ ſuas.ꝛ q̄ vades ſe offerunt ꝑ debitis. Agit̄ autem hic de debito offenſe nō pecunie. Debitū pꝛimum

malum.ſecundū bonum.tercium indifferens.

Dixit ergo. Dimitte nobis debita noſtra.quaſi di. Da nobis donum.ſcientiā ⁊ virtutē. luctū q̄ tam noſtra q̄ȝ aliena pctā cogitemus ⁊ defleam⁹.vt nobis debita noſtra dimittas. et ita conſolationē habeamus aduerſus inuidiam.que facit hominē de alieno bono tabeſcere. Unde verſus. Inuidus alterius rebus marceſcit opimis.

Petitio non induci in tentationem.
Donum pietas.
Et ne nos inducas in tentationem — Uirtus manſuetudo.
Beatitudo poſſeſſio terre.
Uitium contra quod ira.

Irritationis. Exodi.xvij. Uocauit moyſes nomē loci illius tentatio ꝓpter iurgium filiorū iſrael. ⁊ quia tentauerunt dominū dicentes. Eſt ne deus in nobis.

*Et ne nos inducas*
*Eſt tentatio* — Probationis. Jacobi.j. Beatus vir qui ſuffert tentationem. Thob.ij. Hanc tentationē ideo ꝑmiſit domin⁹ euenire illi vt poſteris daret̄ exemplū patiētie eius ſicut ⁊ ſancti Job.
Male pſuaſiōis. Matth.iiij. Accedens tentator dixit ei. Si filius dei es ⁊c.j. Chorinth.x. Fidelis de⁹ qui nō patiet̄ vos tentari ſupra id quod poteſt̄ ⁊c. De hac tercia intelligitur p̄cipue quod dicitur hic.

Dicit ergo. Et ne nos inducas in tentationē.q̄ſi dicat. Da nobis ſpiritū pietatis. et manſuetudinem ſpiritus.vt per ſpiritū pietatis vincamus tentationē exercendo nos ad pietatem. Et ꝑ manſuetudinem vincamus vitium iram.non reddēdo malum ꝓ malo.vt ita beati poſſideamus terram viuentiū quam ꝑ ſpiritū pietatis ⁊ manſuetudinem obtineam⁹. Unde. Beati mites.quoniam ⁊c.

Petitio liberari a malo.
Donum timor.
Sed libera nos a malo — Uirtus paupertas ſpiritus.
Beatitudo regnum celorum.
Uitium contra quod inanis gloria.

*Sed libera*
*Eſt liberatio a malo* — Culpe.ad Roma.vj. Liberati a peccato. ſerui aūt facti deo.
Miſerie. Roma.viij. Creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatem glorie filiorū dei.
Pene eterne. Oſee.xiij. De manu mortis liberabo eos. de morte redimam eos.

Dicit ergo. Sed libera nos ⁊c.quaſi dicat. Da nobis ſpiritū timoris.vt ꝑ ſpiritū timoris vincamus mala.ꝑ virtutem pauꝑtatem ſpiritus bona adipiſcamur. quaten⁹ excluſis vicijs et contemptis terrenis habeamus eterna.ſcilicet beatitudinem regni celorū.quod lucifer ⁊ primi parentes ꝑ vitium inanis glorie amiſerunt.

Amen. Hiero.aut apud hebreos vnū ex tribus ſolet ſubmitti — Amen / Salon / Sela — Significat — Uere vel fideliter. / Pacem / Semper

Nota q̄ dici ſolet q̄ Amen q̄ñq̄ȝ tenetur — Nominaliter. Apocal.iij. Hec dicit amen teſtis fidelis et verus qui eſt principium creature dei.
Aduerbialiter.vt ibi. Amen amen dico vobis.
Uerbaliter vt hic. Amen.i.oīa p̄dicta fiāt nobis ex tua grā.

Finit Pater noſter.

# Incipit ſpeculū beate marie v̄ginis cōpilatū ab humili fratre Bonauentura.

Quinto ſpũs humanꝰ ambulãs in itineribꝫ vite ꝯtemplatiue dulcit᷑ ⁊ multipliciter reficit᷑. Nã cibat᷑ primo vt fortificet᷑. Comedere aũt anĩe ſpũale eſt ſupne lucis contemplatiõibꝫ paſci. ait Grego. v. moral. De hac refectiõe dicit Grego. ſup Ezech. parte iij. omel. v. ſic. Contẽplatiua vita amabilis valde dulcedo eſt q̄ ſup ſemetipam animã rapit. celeſtia aperit. terrena aũt debere eſſe ꝯtemptui oſtẽdit. ſpũalia oculis mentis patefacit. corpalia obſcondit. vt tal' cõtemplatrix dicat illud Cãti. Ego dormio ⁊ cor meũ vigilat. Vigilanti etenĩ corde dormit ꝙ hoc ꝙ dũ interiꝰ ꝯtemplãdo pficit. ab inquietoro corpis ope foris q̄ſcit. necȝ adhuc ſm̃ pſens deꝰ in ſua claritate cõſpicit᷑. ſed q̄dã ſub ipa ſpecula᷑ aniã vnde refecta pficiat. ⁊ poſt ad viſionis gl̃iam ptingat. Hec ille. Hanc refectionẽ anĩa ꝯtemplatiua glorial᷑ ſe eſſe expertaȝ. dicẽs Canti. ij. Fructꝰ eius dulcꝫ gutturi meo. Ubi Orige. ſic dicit. Da mihi dñe fructũ dulcẽ. fructuȝ vite gr̃e mee. altus eſt. attolle deſideriũ. benedictus eſt. ſanctifica obſequiũ. imputribilis eſt. purifica affectũ. ſuauis eſt. letifica aĩam Item in h̄ itinere vite ꝯtemplatiue ſpũs reficitur potu inebriãuꝫ gr̃e. Unde anĩa cõtemplatiua Canti. v. oñdit ſe hanc potationẽ inebriantẽ expertã eſſe cũ dixit. Introduxit me rex in cellã vinariã. vbi gloſa dicit Dñcito guttur meũ dulcedinẽ gr̃e eiꝰ attingit. ita me recreatã ſpũ ⁊ ab amore terrenorũ in ſupna tranſlatã ſentio ac ſi in cellã introducta nouo ſuo meri odore ⁊ poculo inebriata ſim. Sed hãc refectionẽ ſpũs ambulans in vijs vite actiue vix ⁊ raro expit᷑. Vñ Augꝰ. in ep̃la ad Heb. dicit. Contemplatiui nõ actiui amare ⁊ guſtare pñt ſincerũ bonũ. ad qḋ guſtandũ neceſſe eſt ceſſare a tumultu mũdi. ꝓpter qḋ eſuriunt ⁊ ſitiunt modo actiui. q̄ʒ nõ habẽt guſtꝰ ſenſuȝ exercitatũ.

Sexto ſpũs humanꝰ ambulans in itineribꝫ vite ꝯtẽplatiue a labore vie releuat᷑ p diuinã allocutionẽ. Vñ Luc. xxiiij. dicit᷑. Nõne cor nr̃m ardens erat in nobis dũ loqueret᷑ nob in via. Qḋ exponẽs Grego. dicit ſic. Ex audito ſermone inardeſcit animꝰ. torporis frigꝰ recedit. fit mens in ſuperno deſiderio anxia. audire libet p̃cepta celeſtia. ⁊ quot mãdatis inſtruit᷑ q̄ſi tot facibus inflãmat᷑. Et idẽ Grego. ij. lib. mor. dicit ſic. Cũ in itinere comes iungit᷑. via q̄deȝ nõ ſubtrahit᷑. ſed de ſocietate comitꝫ labor itineris leuigat᷑. Item cũ ſpũ illo in itinere ambulãte q̄nꝫ deꝰ ꝯfabulat᷑ vt ſup patuit. vbi dicit Berñ. Deus q̄ſi viator quiſpiã itinerantibꝫ ſeſe aſſociãs. iocundiſſimis cõfabulationibꝫ ſuis a labore vie omnẽ releuat comitẽ. ⁊ ꝯ̃plura ibi de hoc. Itẽ cũ ſpiritu ambulante in h̄ itinere ꝯtemplatiõis deus habet dulcia ſuſurria. Vñ Origeñ. exponens illud Cantico. v. Vox dilecti. dicit ſic. Qñ ad cor reduco ꝙ cũ ꝯtemplãtibꝫ ſua ſuſurria habet deꝰ. quibꝫ tãto fortius clamat quãto efficacius ſuſurrat. nõ ſine admiratione cõmendatã te habeo. ꝙ hanc voceȝ ⁊ tenuiſti mente. ⁊ cõmẽdaſti ore. dicẽs. Vox dilecti ⁊c̃. vbi dicit glo. Gaudeo ꝯſolatoriã vocẽ eius audiẽs. ⁊ dũ eius faciẽ nõduȝ video. tamẽ ſubleuato ad celũ animo aliquã ſuauitatẽ future beatitudinis p̃guſto. Taliꝫ igit᷑ allocutione ſpiritꝰ a labore vie ſic releuatur.

Septimo ſpiritꝰ humanꝰ ambulans in itineribꝫ vite ꝯtemplatiue vltra oĩa inferiora mentalit᷑ eleuat᷑. in celeſtibꝫ floribꝫ ſpiritualit᷑ cõmorat᷑. ⁊ in ſctã trinitate ineffabilit᷑ iocundat᷑. Unde Hugo in principio tercij libri de clauſtro anie. ca. v. dicit ſic. Contẽplatio clauſtrũ anie dicit᷑. in cuiꝰ ſinu dum ſe recipit animꝰ ſola celeſtia meditatur a terrenis ſeparat᷑. a turba carnalium cogitatõnũ longe ponit᷑. dulces carnis refugit effectꝰ. vagos ſenſuũ aſtringit motus. in domino delectat᷑. angelica dulcedine fruitur. legit in libro vite. pro ſilentio pacem tenet. in choro virtutũ ſeruat concordiam morũ. ſummi patris potentiã conſi-

derat. sapientiã filii investigat. spiritussancti benignitatẽ amat. Dum hec tria cõtemplatur tribus modis cõsolatur. Hec ille. Hos autem tres modos cõsolãdo potest experiri pro eo q̃ in itinere cõtemplationis ambulans experitur in memoria patrẽ ammonentem et trahentẽ ad verbum suum iesum christum audiendũ. Quia sicut dicit Johis. vi. Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum. per internã inspirationẽ. Item consolatur q̃ experitur in intelligẽtia filium patris illuminantem ad patrẽ suum cognoscendũ. quia sic dicit Matth. xi. Nemo novit patrẽ nisi filius et cui voluerit filius revelare. Item consolatur q̃ experitur voluntatẽ spiritussanctum afficientẽ ad patrẽ et filium amplexandum et tenendum. quare in amore qui appropriatur spiritui sancto pater et filius tenentur et amplexantur Quod ostẽdit August. vi. libro de trinitate ca. vi. Spiritus ambulãs in itineribus vite active sepe ab huiusmodi consolationibus impeditur et amaritudinibus repletur. Unde Origenes super Cantica. v. cap. dicit. Qui terrenis inheret. invenire non potest nisi quod in terrenis latet. scilicet amaritudinem et dissipationẽ. Sunt et alie multe utilitates contemplationis.

Distinctio sexta.

Sexto videndũ est quomõ per iter cõtemplationis spiritus noster ad intrinsecum secretũ domini iesu ingrediatur et ab exterioribus abscondatur. Quamvis ex predictis gradibus cõtemplationis satis patere posset qualiter spiritus humanus contemplando ingrediatur in eternũ manerium iesu. Cum Hugo super primũ angel. hierar. dicit. quod quãto magis crescit a seipso ascensio. tanto magis crescit cognitio donec oculus intellectualis magis ac magis illuminetur et cõfortetur. et affectus mẽtalis magis purificetur et inflãmetur. et totus in deo quietetur. et istum ascensum docent predicti gradus cõtemplationis. planum est quod per eos potest cognosci qualiter spiritus cõtemplativus in illud secretũ intrinsecum domini iesu ingrediatur et abscondatur. Tamen propter istius manerii utilitatẽ notandum quod dominus dicat Exodi. xxxiii. Non videbit me homo et vivet. necesse est ut spiritus contemplativus mũdo penitus moriatur. et mũdus sibi moriatur. et extũc interna ingrediatur. et in eis abscondatur. Quid est autẽ spiritũ per cõtemplationẽ illud intrinsecũ secretũ intrare nisi ab omnibus temporalibus absolvi et elongari. et in eterna extendi et in eis abscondi cõtinuis profectibus. donec totus homo exterior et interior in deum ordinetur prout possibile est statui vie. Unde Grego. lib. xviii. moral. dicit sic. Cõtemplationis penna nos sublevat. atque a nobis ad illũ erigimur intuendum raptim. et intentione cordis et dulcedine contemplationis aliquo modo a nobis imus in ipsum. et hoc ire est requiescere. dissimiliter tũ requiei divine assimilamur. et imitamur requiem dei. Nã sequitur ibidem. Namque ut boni sunt et eterni. eternũ imitabimur in eternũ. et magna nobis est eternitas imitatio eternitatis. nec extortes fuimus eius quã imitari possumus. Hec Greg. Oportet enim verum contemplatorẽ mori mũdo ut mũdus sibi moriatur. ut in nullo contemplatio eius impediatur. Dicit enim Greg. li. xviii. mor. sic. Quisquis sapiam quod deus est videt. huic vite funditus moritur. ne iam amore eius teneatur. Talis fuit ille verus contemplator Paulus qui dixit. Mihi mũdus crucifixus est. et ego mũdo. Quod Grego. exponẽs li. v. mor. dicit sic. Mũdus quidem ei crucifixus fuerat. quia hunc cordi suo iã mortuũ nõ amabat. sed seipsum mũdo crucifixerat. quia talem se exhibere studuit. ut ab eo quasi mortuus cõcupisci nõ posset. Et sequitur. Sancti igitur viri ab importunitate desideriorũ temporaliũ. a tumultu inutilium curarũ. a clamore perstrepentiũ turbationũ semetipsos sacri verbi gladio mortificare nõ desinunt. atque intus ante dei faciẽ in sinu mentis absconduntur. Unde recte per Ps. dicitur Abscondes eos in abscondito vultus tui a perturbatione hominũ. Quod quamvis perfecte postmodũ fiat etiã nũc ex magna parte agitur. cũ a temporalibus tumultibus et eorum delectatione in interiora rapiuntur ut mens eorum dum in amore dei tota tenditur. nulla mũdi perturbatione laceretur. Hinc est quod Paulus contemplatione mortuos quasi in sepulchro absconditos discipulos viderat. quibus dicebat. Mortui enim estis. et vita vestra abscondita est cũ christo in deo. Hec ille.

Distinctio septima.

Septimo videndũ est qualiter spiritus humanus ad veniendũ per iter iocũde cõtemplationis ad intrinsecũ secretũ domini iesu ab eo invitetur Cant. v. dicẽte. Surge propera amica mea. colũba mea. formosa mea et veni. Cuius invitationis subiungit al-

lectiuũ dicẽs. Ueni. q2 iã eſt itinerãdi amena iocunditas. q2 flores apparuerũt in terra noſtra. Jam enĩ temp9 vernale aduenit ex pñsentia diuini ſolis incarnati. Uñ Origenes ſup Canti. dicit ſic. Ipo ſole iuſticie oriente hyems trãſijt. z ver fidei calore ſpiritusſancti terrã ſoluit z flores virtutuz pducit. Ergo o amica mea ꝓpter ɔtemplationis tue amoroſuz affectũ. vulneraſti cor meũ ſponſa mea. penetrãdo dulciſſiuã dulcedinẽ in vno oculoꝝ tuoꝝ. Canti. iiij. ſicut exponit Uercellen̄ i. intelligẽtia tua attracta z ſimpliſicata in ɔtemplatiõe pulchritudinis mee. Surge mẽtaliter p amoroſe ɔtemplatiõis ſurſumactionẽ. vt ſic dic glo ſa ſup illud Math. vj. Reſpicite volatilia celi. Sola ɔtemplatiõe iã in celo degas q̃ſi auis celica nõ terrena. O colũba mea ꝓpter ɔtemplatiõis tue radioſum aſpectũ. q2 oculi tui columbarũ. Canti. iiij. vbi dicit gloſa Senſus tui ſpũales ɔtemplatiõe. ſpũaliũ rerũ excellẽtia reuerẽdi ſunt z ſimplificati. ideo magis confortati. Propera. Iſaie. xl. Aſſumẽt pennas vt aquile. volabũt z non deficient. Aquila ſic dicit Hugo ſup. xv. angel'. hierar. auis eſt altifera. z cito volans. et ſignat agilitatẽ ſpũs zc. O formoſa mea ꝓpter ɔtemplatiõis tue ſpecioſuz obiectum. Ex pulchritudine enĩ obiecti beatifici mẽtes ɔtẽplatrices beatificaũr z pulchriſicantur. Uñ Diony. in angel'. hierar. dicit. De9 pulchros facit ſuos cõtẽplatores z amatores. Juxta illud. ij. ad Coꝛ. iij. c. Nos autẽ reuelata facie gloriã dñi ſpeculãtes. in eandẽ imaginẽ trãſfoꝛmabimur zc. Tali cõtẽplatrici dr Canti. ij. Oſtende mihi faciẽ tuam. Facies enĩ tua decora. nõ decore coꝛporali ſed decore vero z ſpũali z interiori.

Ueni ẽ de labore ad requiem. de dolore ad ɔſolationẽ. de labore ad impaſſibilitatẽ.

Ueni ad interiores theorias virtutue cõtemplatiõis tanq̃ ad interiora deſerti. vbi iã apparẽt flores i. ſplendoreo celeſtis ſapientie. q ui ibi apparẽt in ɔtemplatione clara. q̃ prius te latebãt in pma deſideriorꝫ extenſione. Job. xlij. Auditu auris audiui te. nũc autẽ oculos me9 videt te. Ueni agra ſũt prata. apparuerũt herbe florẽtes. Prouerb. viij. Uarios flores z odoriferos z ſpũales i eccleſia pducẽtes. Uñ Grego. ſup Ezech. parte. j. Omel'. vj. exponẽs illud Geñ. xxvij. Odor filij mei ſicut odor agri pleni dñc. Aliter redolet flos vue. p quẽ ſignanẽ pdicatores doctrinis inebriatos. Aliẽ flos olei id eſt. miſericordes q̃ lucent z refouẽt debiles. Aliter flos roſe. i. martyres exẽplis fragrantes. Aliter flos lilij. i. virgines candidam famã ſpirãtes. Aliter flos viole. i. humiles purpurã celeſtis vite ſeruãtes. Aliẽ ſpica. i. pfecti z maturi. opa bona fructificãtes. dicit Grego. Ouge. Quis iã nõ ſurgat q̃s nõ ꝓperet. aut quis nõ veniat. vbi tot vtilitatis inſignia ɔcurrũt. Per illud iter ſtari de ɔtemplationis fideliẽ z amoroſe ambulare tribuat nobis qui eſt eternoꝝ via. veritas z vita. Amen.

## Quartũ iter eternitatis

q nitatis p quod ſpũs humanus venit ad intrinſecũ ſecretũ eternum maneriuz ieſu. eſt eternoꝝ caritatiua affectio. Ad cui9 itineris maiorẽ cognitionẽ ſeptẽ ſunt notanda. Primo q̃re iter caritatiue affectiõis iter ɔtemplatõis imediate ſequaẽ. Scdõ q̃d ſit caritatiua affectio. z quõ ſit iter ad eterna vt verius cognoſcatur. Tercio q̃liter caritatiua affectio a naturali affectiõe vel acq̃ſita dilectõe diſtinguaẽ. Quarto quib9 ſignis z ɔiecturis caritatiua affectio q̃liter cuiq3 manifeſtatur. Quinto q̃liẽ caritatiua affectio a ſanctis z doctorib9 p grad9 diuidaẽ. Sexto q̃liter ſpũs noſter p iter caritatiue affectionis eternũ maneriũ ingrediaẽ. Septio q̃liter ſpũs nẽ ad veniendũ p iter caritatiue affectiõis ad eterna a dño inuitaẽ.

Diſtinctio prima.

p Rimo igiẽ videndũ eſt q̃liter iter caritatiue affectiõis iter ɔtemplatiõnis imediate ſequaẽ. De hoc nota q2 affectio caritatiua tanq̃ poſterior pficit ɔtemplationẽ. Dicit enĩ Aug9. viij. lib. de trini. c. penult. Q̃ q̃nto flagranti9 deum diligim9 tãto certius ſereniuſq3 eũ videm9 ideo caritatiua affectio dz imediate ſeq̃ cõtemplationẽ tanq̃ excellẽtior z pfectior. z pficiens intellectũ ɔtẽplatiuuz. Uolũtas enĩ tanq̃ poſterior i ordĩe apit intellectui ſuaz pfectionẽ. Cui9 ſignũ eſt. q2 volũtas impat intellectui q̃rere z inuenire noticiã q̃ eſt pfectio itellect9. z part9 nieẽ3. ſic oñdit Aug9. ix. li. de t. c. vij. Et Hug. ſup. vij. ãgel'. hieẽ. dicẽ ſic. Dilectõ ſupemiet ſcie. z maior ẽ q̃ itelligẽtia. Pl9 ei diligiẽ ds q̃ intelligaẽ. z dilectio

intrat ⁊ appropinquat vbi ſciētia foris ſtat. Et iſti⁹ dicti reddit rōnem. di. ſic. Nec mirū. qꝛ dilectio ſemꝑ ampli⁹ ꝑſumit ⁊ ꝯfidit. ſemꝑ acutū habet penetrās oīa. ⁊ ſeqns impetū ardentis deſiderij. nec diſſimulare valet donec ad amatū perueniat. Hec ille. His ꝯcordat Gilbert⁹ porretan⁹ ſup Canti. ſermo. xxxviij. vbi dicit ſic. Scientia inflat. caritas ꝑflat. caritas intimior eſt q̄ʒ ſcientia. ⁊ ad ſecretiora ꝑtingit. Oīa eñi interiora ꝑflat ſpūs amoris. quo ⁊ ſcrutat̄ profunda dei. Hec ille. Nullū etiā bonuz ꝑfecte noſcit̄ q̄d nō ꝑfecte amat̄. ſicut Auguſt. lxxxiij. q̄ſtionū. q. xxxv. dicit. Vn̄ Eccli. ij. dicit̄. Qui timetis deū diligite illū. ⁊ illuminabit corda vr̄a. Rōnabilit̄ igit̄ caritatiua affectio ſequit̄ ꝯtēplationē tāq̄ʒ ꝑficiēs eā. q̄ʒuis incognita amari oīno non poſſint ſm̄ Auguſtinū.

Diſtinctio ſecūda.

f  Ecundo videndū eſt. q̄d ſit caritatiua affectio. vt ex hoc ſpūs cognoſcat q̄liter ip̄a ſit iter ad etn̄a. De quo p̄mo ſciendū eſt ꝙ amor. dilectio ⁊ caritas in ſcriptura freq̄nter ꝓ eodē accipiuntur. vt dicit Dionyſi. iiij. de dīnis noībꝫ. vbi dicit. Cōm unit̄ ⁊ vniformit̄ vtendū eſt in diuinis noīe amoris nomīe dilectiōis ſiue etiā caritat̄. Et Aug⁹. vj. de trini. dicit. ꝙ nihil aliud eſt caritas niſi amor boni. Eſt igitur ſciendū ſic̄ dicit Diony. iiij. de dīnis nominibꝫ. vn⁹ eſt amor increat⁹ q̄ ſua ſupſubſtantiali ⁊ vniuerſali appetibilitate ingignit amorē creatū oībꝫ rebꝫ. q̄ amor creat⁹ eſt quedā inclinatio ⁊ coordinatio amant̄ʒ ad bonū amatū. ⁊ iō Diony. diſtinguit ibidez diuerſos amores ſm̄ diuerſas inclinationes ad bonū appetibile. di. Qū amorē nominam⁹ ſiue dīuinū ſiue angelicū. ſiue ītellectualē ſiue naturalē. deſignam⁹ noīe amoris quādā virtutē vnitiuā. vbi dicit cōmentator. Amor eſt cōnexio ⁊ vinculū q̄ oīm rerū vniuerſitas ineffabili amicicia inſolubiliq̄ʒ vnione copulant̄. Et cōmētator expōit ⁊ declarat iſtos amores ibidē. Ex q̄bꝫ magis q̄d amor ſiue charitas ſit apparebit.

Amorē naturalē vocāt inclinationez ad bonū. q̄ nō ꝑſupponit cognitionē aliquaz. q̄ ineſt oībꝫ rebꝫ a creatore indita q̄ inclinētur ad ꝯſeruationē ſui eſſe. qð eſt bonū eis. Vn̄ Job. xxxvij. frumētū deſiderat nubes id eſt. naturalē hꝫ inclinationē ad h̄ bonū.

Amorē aīalē vocat inclinationē ad bonū. q̄ ꝑſupponit cognitōnē ſenſitiuā. ⁊ h̄ tm̄ eſt in his in q̄bꝫ eſt ſenſibil̄ appetit⁹. vt ī homine ⁊ in brut̄. Amorē intellectualē vocat inclinatōnē ad bonū. q̄ ꝑſupponit cognitionē rōnis. vt cōmētator ait. q̄ eſt in hoīe. ⁊ h̄ amor diſtinguit̄. Quia qñ eſt inclinatio ad bonū q̄ nō ꝑſuppōit niſi naturalē cognitionē bōi abſolute. ⁊ ē a volūtate ⁊ delibatiua reſpectu boni relati ad aliq̄d vt ad finē. vel circūſtans. vl̄ ad aliq̄d aliud. tūc ē amor electiu⁹. q̄ ꝓprie dr̄ dilectio. Si āt ille amor ſit ꝑ quē ſit accept⁹ deo ⁊ dign⁹ remunerari in eterna vita. amor caritat̄ʒ eſt ſiue gratuitus. ⁊ h̄ amor neceſſari⁹ eſt. vt ſic̄ intellectus ꝑ fidē qð eſt lumē ſupnaturale eleuat̄ ad bt̄ifici obiecti ſupnaturalez cognitionē. ita ⁊ affect⁹ ſiue volūtas ꝑ ſupnaturalē habitū caritatis eleuat̄ ad bt̄ifici obiecti ſupnaturalē affectionē vt īfra patebit. Amorē aūt angelicū vocat inclinationē in bonū. q̄ ꝑſupponit altiorē cognitionē q̄ʒ ſit cognitio hūana. ⁊ iō angelus forti⁹ inclinat̄ ī bonū cognitū ⁊ ꝑfecti⁹. Vn̄ Linconieñ. cōmētator ſup. v. angel̄. hierar. dicit ſic. Angli ex rōnis habundātia ſcientes id qð appetunt eſſe vere deſiderabile ⁊ vehemētiſſime ⁊ intime ⁊ tot̄ʒ viribꝫ deſiderādū ⁊ amādū amore puro. ⁊ nō in aliud tendēre. illud intēdūt ita fortit̄ ⁊ inauertibilit̄ ꝙ illa intētio a nulla ꝑtāte ⁊ potētia intercipi pōt vl̄ impediri. ⁊ ſic amor intellectualiū tēdit in eis inuiſū bonū qð eſt veꝝ ⁊ ſummū bonuz. Hec ille.

Amorē ꝟo dīnū Diony. de dīnis no. iiij. ponit ꝑexiſtentē ſupſubal̄r ī bono ex bono ad exiſtentiā emanātem. q̄ ⁊ rurſus ad bonū ꝯuertit̄ in q̄ dīn⁹ amor mōſtrat̄. ſic̄ q̄dā etern⁹ circul⁹ bn̄s ſui inīnuiabilitatē ⁊ ꝑncipij carentiā. circūambulātis ꝓpter bonū ex bono ⁊ in bonū ꝑ q̄ndā circulationē nō errantē. ⁊ ip̄e amor in eodē ⁊ ſm̄ idē ꝓcedens ſꝑ in ſe manet. ⁊ ad ſe reſtiruit̄. Hec ille. De iſto amore dicit idē ſic. Audeo ⁊ ꝓ vero dicere. qꝛ ip̄e deus omniū tam pulchro ⁊ bono amore omniū ꝑ habundantiā habūdātem ⁊ amatiue bonitatis quaſi extra ſeip̄m fit ꝓuidendo omnibꝫ exiſtentibus. ⁊ ꝑ amorem ⁊ bonitatem trahitur. ⁊ ex eo quod eſt ſuper omnia ad id quod eſt in omnibꝫ deducitur ſm̄ virtutem ſuperſubſtantialē facientem extaſim. ſed a ſe ingreſſibilez. ꝓpter qð deum zelotē vocāt tanq̄ʒ habundanter

amātē exiſtētiā. ⁊ excitātē mētē ad feruēs de
ſideriū ip̄i⁹. Vñ amabil' ⁊ diligibil' dꝛ ī q̄ꝛtū
eſt plenitudo bonitatis et pulchritudinis
cūctis apparentibꝫ dꝛ deus amoꝛ ⁊ dilectio
ī q̄tū ip̄e eſt ꝟtus mouens ⁊ q̄ſi ſurſum
agens oīa ad ſe naturalit' appetēdū q̄ue-
admodū adamas quieſcēs facit ferrū mo
ueri. Hec Dionyſi⁹. Ex his oībꝫ ꝯcludit
dicēs. Quē ergo amorē nomiām⁹ ſiue diui-
nū ſiue angelicū. ſiue intellectualē ſiue ani-
malē ſiue naturalē. deſignam⁹ noīe amoꝛꝫ
quādā virtutē vnitiuā ⁊ ꝯcretiuā mouen-
tem ſupioꝛa ad ꝓuidentiā inferioꝝ ⁊ cooꝛ-
dinatā ad ꝯtinuā ⁊ mutuā habitudinē in
ferioꝝ ad ꝯuerſionē ad ſupioꝛa. Ex quibꝫ
oībꝫ apparere pōt ꝙ amoꝛ eſt virt⁹ vniti-
ua amātis cū amato.

Diſtinctio tercia.

Erciō ne ſpūs humanus arripiat
t iter naturalis affectiōis. vel acq̄ſite
dilectionis ꝓ itinere caritatiue affe
ctiōnis. expedit videre q̄liter affectio carita
tiua ſiue gratuita a naturali affectiōe ⁊ acq̄
ſita dilectiōe vel amore differat vel diſtin-
guat'. De quo notādū eſt ꝙ ſic dī. Hugo
de ſcō victoꝛe in lib. q̄ incipit Accipe frater
cariſſime. Affectus eſt ſpontanea quedā ac
dulcis ip̄ius animi ad aliq̄d inclinatio. Et
qꝛ ſicut ip̄e dicit ibidē. Secūdū variā incli-
nationē affectionū ⁊ motuū variant' noſtri
amores. ideo vt de oībꝫ affectiōibꝫ ⁊ mo-
tibus quibꝫ amoꝛ nr̄ multiplicit' variatur
quis illoꝝ maxime ſequēdus ſit ⁊ q̄liter vt
ꝯpetent' fiat ⁊ reſpuēdus ſit. vel etiā repri-
mend⁹ ſubtili⁹ eſt inquirendū. Per hoc pa
tebit in q̄ amores iſti ꝯueniūt ⁊ differunt.
Sunt aūt ſicut oppoſiti idē q̄nq; amores ⁊
affectiōes quibꝫ inclinamur ad aliquē vel
aliquid. Prim⁹ eſt affectus naturalis. de
quo dicit Hugo ibidē ſic. Natural' affect⁹
eſt cuiuſlibet ad carnē ſuā. Nemo eīm car-
nem ſuā odio habuit. Itē matris ad filium.
nō eīm pōt mater obliuiſci infantē vteri ſui.
Itē hoīs ad domeſticū ſuū. Qui eīm cu-
ram domeſticoꝝ non habet. fidē negauit. ⁊
eſt deterioꝛ infideli. Hunc ſane affectū ſic
nō admittere impoſſibile eſt. ita nō ſeq̄ ſū-
me virtutē eſt. niſi rōne reguler'. Semp eīm
iſte affect⁹ mollia ſuggerit. ⁊ ſuaue ⁊ iocun-
dū. quod terrenū. qd̄ voluptuoſū. qd̄ deli
catū libenter amplectit'. Qd̄ vero aſperum.
qd̄ voluntati ꝯtrariū oīm hoꝛroꝛe refugit.

quo circa hui⁹ affectiōis excutio amoꝛ ꝑ-
uerſus eſt. Hic amoꝛ a ſaluatoꝛe interdicit'
cū dicit. Qui amat animā ſuā ꝑdet eā. Pro
inde ſctūs Aug⁹. dicit. Si male amas tūc
odiſti. ſi bene oderis tūc amaſti. Sequitur.
Qui eīm amat ſm talē affectū vtiq; odit. qꝛ
qui diligit iniq̄tatē odit aīam ſuā. q̄ ve-
ro odit ſm illū affectū ſm rōnē diligit. Na
turale quidē eſt ꝙ hō erga ſe ⁊ ſuos affectū
habet. ſed amorē ſm affectū habere nō de-
bet. Hec ille. Q ab iſto affectu naturali af-
fectio caritatiua differat. ptꝫ. qꝛ iſta cū ho-
mine naſcit'. illa vero a deo inducit'. vt dicit
idē Hugo Scōs eſt affect⁹ carnal' de q̄
dicit idē ſic. Carnalis affectus duplex eſt.
Plerūq; eīm neq; ꝟtus neq; viciū eſt ſed eſt
quedā exterioꝛ hoīs habitudo. animū
intuentis ſibi inclinās facile. Quippe cū ali
cui⁹ foꝛma eſt elegātioꝛ ⁊ ſermo ſuauioꝛ. ve-
nuſtus aſpect⁹. etiā ignorātis qualis ip̄e ſit
ꝓuocat ⁊ ꝯſtringit ip̄m affectū. Hoc in pue
ro moyſe apparuit ꝙ ꝓpter elegantē foꝛmā
tribꝫ menſibꝫ ꝯtra p̄ceptū pharaonis ab-
ſcondebat'. ⁊ a filia ip̄ius pharaonis in fili-
um fuit adoptat⁹. Porro ⁊ q̄ ad noxiā vo-
luptatē in qualibet ſpecie ſuauitatis male
blanda ꝯpungit. motū carnalis affectus
nemo ſani capitis dubitabit. Hic carnalis
affectus fuit Dauid ad ſpeciē Berſabee. ꝑ-
uenit incautū. ꝑuentum diſſoluit. diſſolu-
tum obruit. Hic affectus ſapientiā ſalomo
nis abſoꝛbuit ⁊ carnali libidine diſſolutū.
in ſpiritalis foꝛnicatiōis baratrū ⁊ nephan
diſſimā ydoloꝝ culturā deiecit. Hec ille.
Talis affect⁹ nō meretur habere nomen a-
moris veri. ſed vt dicit Diony. v. de angel.
hierar. ⁊ ij. de diuinis nomi. eſt longinquū
ydolum veri amoris ⁊ plen⁹ anxietate. Affe
ctio autē caritatiua plena eſt iocunditate.
Unde Richar. de trini. Sicut caritate ni-
hil eſt meli⁹. ita ⁊ nihil eſt iocūdius. Ter
cius affect⁹ eſt officialis. de quo Hugo ibi-
dem ſic dicit. Officialē affectū dicimus qui
meritoꝝ vel obſequioꝝ exhibitoꝝ quo-
rundā animos inclinat. qui q̄uis ſit peri-
culoſus. tamē admittēdus eſt. ne ſis ignar⁹
vel ingratus ab officio. Cauendus eſt ne
tam homini impartiat' q̄ vicio. Quid ma
gis cauēdū eſt q̄ ne obſequijs vel mūeribꝫ
illect⁹ aut foueas vicia aut vicioſa. Proin-
de ī mūeribꝫ vel obſequijs ſuſcipiēdis mag
nā da ē diſcretio. Et attēdēdū eſt ad ꝑſonē

dignitatē vt ſi forte tāti meriti ſit vt affect⁹ officialis trāſeat in rōnalē. vt quē cepimus diligere q2 nobis gratus. diligi incipiat q2 ꝟtutib⁹ adornat⁹. ꝛ retributio fiīt rōne nō ſm affectū impendat. ſed ꝛ deſideriū quo amati pñtia deſiderat. vel act⁹ q̄ ipſa pñtia cōparat rōnē ſequat nō affectū. Iſte q3 affectus q̄ boīez ſine alterius cauſe reſpectu ſponte cōplectit p oīa temperet. Ab iſto affectu multū differt affectio caritatiua. quia iſta q̄rit q̄ ſua ſunt. p caritatē aūt ſingla ſūt oīm. ꝛ oīa ſinguloꝝ. q2 nō q̄rit q̄ ſua ſūt. ait Grego. xxviij. li. mor. Quart⁹ eſt affect⁹ rōnalis. de q̄ Hugo ibidē ſic di. Rōnal' affectus h̄ eſt q̄ ex ꝯſideratione aliene ꝟtutis oborit. vic3 cū ocul' nr̄is cuiuſlibꝫ ꝟtus vel ſctitas explorata vl' fama diuulgata mētez noſtrā dulcedinis ſuauitate pfundit. Seq̄tur. Hic ē affect⁹ q̄ nos audita triumphali martyꝝ paſſiōe. ſuauiſſima cōpungit deuotione ac memorabiles actus p̄cedentiū q̄ſi ſub oculis delectabili meditatiōe depingit ꝛ ad pximi dilectionē ꝯtēplatis ei⁹ virtutibus accēdit. ꝓpter qḋ ꝯſtat hūc affectū eſſe pfectiorē. Etem̄ nō modicū ꝟtutis indiciū eſt ipe amor ꝟtutis ex q̄ ad actū ꝟtutis excitabitur. Hec ille. Ab iſto affectu differt affectio caritatiua. q2 iſta rōne mediāte ab exēplis exteriorib⁹ orit ꝛ excitat. Affectio vero caritatiua a ſpūſctō ad amādū etiā pctōres inflāmat. ꝛ bonoꝝ exēplis multo dulci⁹ afficit. vt ptꝫ p aplm vl' p alios ſctōs Quintus ē affect⁹ ſpūalis. ſic dict⁹. q2 vel a ſpū immittit vel a ſpū orit. vel a ſpū inſpirat. Et h̄ affect⁹ eſt triplex. q2 q̄ñq3 imittit a ſpū maligno. q̄ñq3 orit a ſpū hūano. ꝛ q̄ñq3 inſpirat a ſpū diuīo ꝛ ſctō. A ſpū maligno affect⁹ immittit vt dicit Hugo ibidē q̄ñ inclinat aliquē ad vicia. Illo affectu maligno fili⁹ dauid iprobe in ſoror3 exarſit amplex⁹. Iſtū q3 affectū miſit in cor iude vt dñm traderet Illo affectu inclinat ad queq3 turpia. Vñ ꝓpha. Spūs ingt fornicatiōis decepit eos Q autez affectio caritatiua differat ab illo planū eſt. q2 ab illo ꝯriat. a ſpū autē hūano tā ex innata ingenuitate q̄ꝫ ex ſtudioſa ꝛ exercitata exq̄ſitione oriunt q̄ñq3 affect⁹ amoroſi ad ſummū bonū diligendū. qḋ ē ſūme appetibile. ꝛ ſūt ſimillimi affectōi caritatiue ſiue gratuite. Nā ſi accipiat grad⁹ maxim⁹ caritat3. q̄ (teſtāte veritate in euāgelio) ē vt aīam ſuā ponat q̄s p amicis ſuis. ſimilez gradū ex puris naturalibꝫ inueniūt multi aſcendiſſe. Vñ Aug⁹. li. j. de ci. dei. c. xviij narrat q̄ multi vtilitatē reipublice ꝓpriē vite p̄ponebāt. Et exēplificat de h̄. xviij. li. ca. xviij. Et Tulli⁹ lib. j. de officijs dicit q̄ duo erāt p̄cepta platonis volētib⁹ reipublice p̄deſſe. Primū vt vtilitatē ciuiū ſic tueant vt q̄cūq3 agāt ad eā referāt. obliti comodoꝝ ſuoꝝ. Scḋm p̄ceptū fuit vt totū corp⁹ reipublice curēt p̄ncipalit. ne dū aliquā partē tueant reliq̄s deſerāt. A ſpū aūt diuīo affectus caritatis infundit. vt patebit. q̄ licet in mult3 differat a p̄dict3. in multis tn̄ ꝯuenit cū eis. ꝓpter qḋ difficile ē diſtinguere inter iſtas affectiōes. ſ. caritatiuā. naturalē ꝛ acq̄ſitā. ꝓpter ſilitudinē actuū ſuoꝝ. Et tn̄ iſti habit⁹ differūt. qḋ certū eſt p̄mo q̄ntū ad originē. q2 caritas g̃tuita a ſolo deo ſupnaturalit infundit. Vñ ad Ro. v. Caritas dei diffuſa ē in cordib⁹ nr̄is p inhabitātē ſpm̄ ſctm̄. Illa autē. ſ. natural' p naturā cū hoīe naſcit. ꝛ altera p exercitiū acq̄rit. Scḋo differūt q̄ntū ad ſubſtātialitatē. q2 caritas gratuita ē viuificatiua. purior et feruētior. q2 nunq̄3 eſt ſine ſpūſctō q̄ dat in ea. neutra aūt aliaꝝ viuificat. Tercio differūt q̄ntū ad formalitatē. q2 caritas g̃tuita alias ꝟtutes vl' habit⁹ informat ꝛ pficit. vt dic Amb. Vtriq3 aūt illoꝝ manēt informes ꝛ ipfecti ſine iſta. Quarto differūt q̄ntū ad finis capacitatē. q2 caritas g̃tuita ſpm̄ hūanū a culpa educit. in grām ꝯducit. ꝛ deo vnit. et gaudio ꝑhenni ꝛ iubilatiōe ꝯſūmat ꝛ perficit. Unde Raban⁹ in quodā ſermone dicit ſic. Caritas ſiue amor diuinus eſt ignis in meditatione. mentē purificās a ſordib⁹ vicioꝝ. Lux eſt in oꝛōne. mentē irradians claritate virtutū. Mel eſt in grāꝝ actione. mentē dulcorās dulcedine diuinoꝝ beneficiorum. Vinū eſt in cōtemplatione. mentem inebriās iocunda delectatione. Sol eſt in eterna beatitudine. mentē clarificans ſereniſſimo lumine ꝛ ſuauiſſimo calore exhilarans ineffabili gaudio. in ꝑhenni iubilatione. Hec ille. Nullū iſtoꝝ poteſt perficere ſine charitate. nec naturalis amor nec acquiſita dilectio. Berñ. ſup Cāti. ſermo. l. ſic diſtinguit dicēs. Eſt affectio quā caro ſiue natura gignit. Eſt affectio quā caro regit. Eſt affectio quā ſapīa cōdit. Hec vltia p̄mā illumīat. ſcḋam remunerat. p̄ma q̄dez eſt dulc3. ſed turpis. ſcḋa ē ſicca. ſ3 fort3. ter-

cia ſuauis ⁊ pinguis. q̄ guſtat q̄m ſuauis ē dñs. Hec ille. Certa tñ differētia in his nō poteſt haberi.

## Diſtinctio quarta.

### Articulus primus.

Q[uarto] igit̃ vidēdū eſt quibꝫ ſignis vel ↄiecturꝫ caritatiua affectio vt a deo inſpirata eſt q̄litercūqꝫ cognoſcat̃. Circa qđ ſciendū ꝙ ↄ̄uis mgr̃ i ſententijs li. iij. notificare nitat̃ habitū caritatis di. Caritas eſt v̄tus gratuita volūtatē in eſſe ſcđo pficiēs. in ordine ad actū diligēdi, pmpte ⁊ facilit̃, ꝓpter ſe ⁊ ſup̄ oīa ſummū bonū. Et licet habit⁹ notificent̃ ꝑ eoꝝ act⁹. tñ, vt ſupra patuit. q꞉ act⁹ caritatꝫ ⁊ act⁹ amoris naturalis ⁊ acq̄ſite dilectōis ſunt ſimillimi. ideo nō poſſum⁹ certitudinaliter ſcire vtrū habeam⁹ habitū caritatiue affectiōis qđ nō abſqꝫ rōnabili cauſa a deo ordinatū eſt. ⁊ iđ oportet nos eſſe cōtentos aliq̄bꝫ ſignis ⁊ cōiecturis q̄bꝫ aliq̄lit̃ ↄfidimus nos hr̄e caritatē gratuitā. Et q꞉ iſta ſigna et cōiecture oriunt̃ ex actibꝫ caritatꝫ quoꝝ aliqui ex ipa caritate oriunt̃. aliq̄ ex ipa imperant̃. ⁊ hoꝝ aliq̄ ſunt caritatꝫ incipientiū. et alij ſunt caritatꝫ pficientiū. ⁊ alij caritatꝫ pfectoꝝ. ꝓpter qđ ſcti ⁊ doctores aliq̄ dicunt aliq̄ ſigna eſſe caritatꝫ iā roborate. ⁊ aliqua eſſe caritatꝫ ſigna iā pfecte. Et ſigna caritatis iā genite ſiue infuſe. ſic dicit Berñ. in ſermone de oībꝫ ſctis. ſunt q̄tuor q̄ ibi numerat di. ſic. Primū ſignū caritatis genite ſiue infuſe eſt dolor de culpa p̄terita. Rō huius eſt. Caritas ⁊ culpa mortal' opponunt̃. ⁊ ideo ſimul ſtare nō pñt in eadē volūtate. ideo q̄n caritas eſt in volūtate expellit culpam ꝑ dolorē ↄtritōis. Vñ Aug. omel. viij ſup Johēm dicit ſic. Radix oīm bonorū eſt caritas. ⁊ radix oīm maloꝝ eſt cupiditas. ⁊ ſimul ambe nō pñt eē. q꞉ niſi vna radicit⁹ euulſa fuerit. alia plātari nō pōt. Ergo dolor ↄtritiōis ſignū eſt habite caritatis. cum vtraqꝫ ſimul in volūtate eē nō poſſit. Secundū ſignū caritatꝫ genite ſm̄ Berñ. ibidē eſt ſummū ꝓpoſitū cauēdi futura pctā cū effectu. Cui⁹ rō eſt. q꞉ hr̄e ꝓpoſitū cauēdi oīa pctā mortalia cū effectu nec ꝑ amorē naturalē nec ꝑ acq̄ſitā dilectionē pōt diu q̄s hr̄e ſine grā ſiue caritate adiuuāte. Vñ Aug⁹. li. j. retrac. c. viij. dicit ꝙ volūtas ipa niſi grā dei liberet̃ a ſeruitute q̄ facta eſt ſua peccati ⁊ ꝑ grām adiuuet̃ recte pieqꝫ viui a mortalibꝫ nō pōt. licet eñ ꝓpter libertatē poſſet vitare q̄dlibet pctm̄ mortale ſignatū. nō tñ ꝓpter infirmitatē pōt diu oīa in cōmuni vitare q̄n in aliqđ incidat. ergo diu eſſe ſine mortali pctō ſignū eſt caritatis iam habite. Sine mortali. i. ſine ↄſcia mortal'. Terciū ſignū eſt caritatis genite. ſm̄ Berñ. ibidē eſt delectatio in auditu diuini ſermōis. Rō hui⁹ eſt. q꞉ amātes delectant̃ in ſmonibus mutuis. ſiue ſint ſmones inſpirati ſiue ſcripti ſiue exteri⁹ audici. vt ex illis capiant experimētū mutuoꝝ affectuū q̄s charitas ſilentio tegere nō pt̄. Mos eñ amantiū eſt (ait Criſo.) vt amorē ſuū ſilentio tegere ñ queāt. Vñ ⁊ Gilbert⁹ por. ſup Cāt. ſer. xv. Iđ caritas in ſpiratiōe. i. interna locutione nō eſt ↄtēta. ſed ſacri ſermōis inſtitutiōes velut clipeos vndiqꝫ mēoriter apprehēdit. ſed nec his ↄtenta q̄ſi vociferando clamat. Annciate dilecto q꞉ amore langueo. vbi dic̃ glo. Illis volētibꝫ docere. iſta flagrans amore por alloquit̃. Ex his apparet ꝙ delectatio in audiu v̄bi dei eſt ſignū caritatꝫ genite. Quartū ſignū caritatꝫ genite eſt pmptitudo boni opis. Rō h⁹ ſigni ē q꞉ caritas maxīe eſt opatiua. q꞉ ipa ē amor finis. ⁊ iđ impat oēm actū ordinatū vl' ordinabilē in hūc finē. Vñ Grego. in omel. ſup Joh. Si quis diligit me dicit. Nūqꝫ amor eſt ocioſus. opat̃ eñ mag ſi ē. ſi aūt opari renuerit amor nō ē. Et ibidē pbatio dilectōis eſt exhibitio opis. Et Ber. ſup Cant. Magna res ē amor. ⁊ ſi ad ſuū recurrit pncipiū ſi ſuo origini reducit̃. ſi refuſus ſuo fonti. ſꝑ ex eo ſumat vñ iugit̃ fluat. igit̃ opatio bonorū opeꝝ ſignū ē caritatꝫ hite. Quintū ſignū caritatꝫ iā genite ponit Amb. in li. đ ſit tudinibꝫ vbi di. Cū q̄n aliq̄s de defectu alicui⁹ triſtat̃ ſpūali. ⁊ de pfectu alioꝝ ſpūali letat̃. ſignū ē caritatꝫ. Et Aug. in vna epl'a ad hyponēſes di. Qui nō dolet đ malo ꝓximi nō eſt i eo caritas xp̄i. Rō h⁹ ſigni ē. q꞉ cum ſm̄ Dioñ. caritatis ardor ſit v̄t⁹ vnitiua. iđ nitit̃ oīa liq̄ſcere ⁊ in vnū ↄflare. vt i ipa vniant̃. Vñ Gre. ſup Eze. dic̄ ſic. Ecce q̄l' ē caritas q̄ diuerſitate eo mētiū accēdit. ↄcremat ↄflat. ⁊ q̄ſi i vnā ſpēz auri reformat. Sꝫ hāc ↄflationē vnitiuā defect⁹ ſpūaliū impedit ꝑfectus pficit. ideo caritas facit de vno triſtari ⁊ de altero letari. Vñ apl's. j. ad Coꝛ. xiij. dic̄. ꝙ caritas ñ ↄgaudet iniq̄tati. ſꝫ magꝫ ↄgaudꝫ v̄itati. igit̃ triſtari đ dfcū ſpūaliū ⁊ gaudere de toꝛ pfectu ſignū eſt caritatꝫ.

Articulus ſecūdus.

ſ Ecūdo quidā tradūt aliq̄ ſigna caritatis iā roborate ſiue ꝑficient(is). Et licet multa ſint ſigna iſti⁹ caritat(is). tñ q̄nq3 ſufficiāt mag(is) vtiliora. Primū igit(ur) ſignū iā roborate ⁊ ꝑficient(is) caritat(is) eſt frequēs ⁊ inſta ꝯſcīe examiatio. nō ſolū de peccat(is) mortalib(us) ſed etiā de venialib(us). Rō hui⁹ ſigni eſt. qꝛ ſicut caritas opponit(ur) pctō mortali. ita feruor caritatis opponit(ur) veniali. vt ipm expellat ab aīa. ne ſpūiſcō diſpliceat. qꝛ omnes officinas mētis viſitat ⁊ mūdat. Unde Greg. ſ. li. mor. ⁊ bn̄ in ſer. de penth. Spūs ſctūs ꝓfecto monet. mouet ⁊ docet. monet memoriā. mouet volūtatē. ⁊ docet rōem. nec minimā peti paleā intra cordis qđ poſſidet habitaculū patit(ur) reſidere. ſʒ ſtatim igne ſubtiliſſime circūſpectōis exurit. Hec ille. De q̄ igne Amb. ſup illō Lu. xij. Ueni ignē mittere. Dicit ignē. qꝛ aurea vaſa dñice dom⁹ meliorat. fenū vero ꝯſumit ⁊ ſtipulā. Cum igit(ur) frequēs examiatio ꝯſcīe ſit a ſpūſctō ꝓ fauore caritat(is). planū eſt qꝛ ipa eſt ſignū roborate caritat(is) q̄ opit multitudinē pctōꝝ.

Scōm ſignū ꝑficient(is) caritat(is) ingenite eſt cōcupiſcē diminutio. Rō hui⁹ ſigni eſt. q2 quāto caritas diligēs deū mag(is) augmētat(ur). tanto mag(is) hōa ꝯcupiā tēpaliū elongat(ur). ex q̄ ipa ꝯcupiā intātū diminuit(ur). Un̄ Aug. in enchiri. dicit q minuit(ur) ꝯcupiā creſcēte caritate donec veniat ad magnitudinē q̄ maior eſſe nō poſſit. Ubi aūt nō eſt caritas ibi regnat cupiditas. regnat autē cupiditas q̄ñ deſideriū veri ⁊ boni expellit ⁊ ſaporē. Qualiter aūt ſapor mali ſiue ꝯcupiſcētia in homine oriat(ur). ⁊ q̄lit(er) ꝑ ſaporoſā ſapiam expellat(ur). Reqre infra itinere. vj. di. iiij. Terciū ſignum charitatis proficientis eſt ſenſuum interiorum ſiue ſpiritualium vitalis exercitatio. Ratio iſtius ſigni eſt. qꝛ ſicut exercitatio ſenſuū corꝑaliū ſignū eſt corꝑalis vite. ita exercitatio ſenſuū ſpūaliū ſignū eſt ſpūalis vite. Sūt nāq3 q̄nq3 ſenſus interiores i mēte. ſicut ſunt q̄nq3 ſenſus exteriores i corpore. ſic dī in li. d ſpū ⁊ aīa. ⁊ Gre. ſ. li. mor. dicit. Habitare in corꝑe aīam ꝓbāt vitales ſenſus. ita habitare in aīa ſpm̄ ꝓbat vita ſpiritual(is). Illud ex viſu ⁊ auditu dinoſcit(ur). iſtud ex caritate ⁊ aliis virtutib(us) ꝓbat(ur). igit(ur) ex caritate ſiue dilectiōe q̄ eſt vita aīe ſcḋm Hugonē de arra aīe ſenſus interiores viuificant(ur) ⁊ exercitant(ur). iō ꝓfect⁹ interior(um) ſiue ſpūal(ium) exercitatiōis ſignū eſt aug mētate dilectiōis q̄ oia exercet in finē. i. ordinat. De hac exercitatiōe ſenſuū reqre ſup̄ di. iiij. Quartū ſignū caritatis eſt ſtudioſa mandatoꝝ dei obſeruatio. Rō hui⁹ ſigni eſt. Quia obſeruatio mandatoꝝ vera ſine caritate fieri nō poteſt. Un̄ dñs dicit ſic. Qui diligit me ſermonē meū ſeruabit. ⁊ pr̄ me⁹ diliget eū. ⁊ ad eū veniem⁹ ⁊ māſionē apud eū faciem⁹. Qđ exponēs Grego. in omel. dicit ſic. In q̄rūdā corda venit ⁊ māſionē nō facit. qꝛ tpe temptatiōis ab eo recedūt. In q̄rundā corda venit ⁊ māſionē facit. q2 ſic amor ſiue caritas deitat(is) eos penetrat vt ab amore tpe temptatōis nō recedāt. Qualit(er) aūt caritate nō ꝓficeret q̄ fontē dilectiōis in ſe hñet ⁊ iā aliqualit(er) guſtaret. Un̄ Aug⁹. dicit. Si tu qui verā requiē q̄ poſt hāc vitā ꝓmittit(ur) queris etiā hanc iut(er) amariſſimas vite h⁹ moleſtias ſuauē iocūdā q3 guſtabis ſi ei⁹ q̄ eā ꝓmiſit ꝓcepta ſeruādo dilexer(is). Et ſic ꝑ3 quartū ſignū caritat(is) ꝑficient(is). Quintū ſignū caritatis ꝑficientis eſt diuinaꝝ veritatū manifeſtatio. Rō hui⁹ ſigni eſt. q2 amor eſt ſignū cōmunicatiōis. ⁊ ideo amic⁹ reuelat ⁊ cōmunicat amico ſuo ſecreta ſua q̄ſi nō credens ea ponere extra ſe. ſed in eo q̄ eſt ſicut ipe. Amic⁹ eñi me⁹ eſt q̄ſi alter ego. ait q̄dā. Un̄ Richar. lib. iiij. de ꝯtemplatiōe. ca. xvj. dicit ſic. Si vis noſcere q2 ſubtilitas diuinarū reuelationū ſit manifeſtū diuine dilectionis indiciū. audi. iā nō dicā vos ſeruos inquit dñs. ſed amicos. q2 omnia nota feci vobis que audiui a pr̄e. q2 ex magnitudie diuine dilectiōis pendet mod⁹ diuie reuelatiōis. Et idē dicit ſic. Certū igit(ur) ſignū tibi ſit q dilectū tuū minus diligis. ⁊ ab illo min⁹ diligeris ſi ad theoricos exceſſus nōdū vocantē ſequi merueris. Ex q̄ ꝑ3 q creſcente reuelatiōe creſcit ⁊ dilectio. Et ſignū quītū caritatis ꝑficient(is) ꝑ3 ſic.

Articulus tercius.

t Ercio quidā tradunt quedā ſigna charitatis iam ꝑfecte ꝓut poteſt ꝑfici in via. Quia ſicut dicit(ur) Prouerb. iiij. Juſtoꝝ ſemita q̄ſi lux ſplendens procedit ⁊ creſcit vſq3 ad perfectā diem ſc3 ꝑfecte charitatis. Et ideo ſciendū eſt q in viatorib(us) duplex ē ꝑfectio caritat(is). Una eſt neceſſitat(is) ⁊ ſufficiētie. Alia ē ꝓuilegiate ſcītat(is) ⁊ excellētie. Has ꝑfectōes tāgit ꝓſꝑ li. iij. de vita ꝯtēpla. vbi dic̄ ſic. In hac vita ꝑfect

ſunt illi q̃ pfecte diligũt. q̃ volendo qđ vult
de⁹ nullis pctĩs quibꝫ offendit de⁹ acquie-
ſcunt. ꝛ ſemꝑ ad ỽtutes hñdas ſe extendũt.
Perfectionẽ neceſſitatꝭ tãgit cũ dicit. Qui
volendo qđ vult de⁹. ꝛ hanc hꝫ q̃cunqꝫ ma-
net in charitate. ꝛ ad hãc pfectionẽ inuitat
dñs Deut. xvi. di. Perfect⁹ erio ꝛ abſqꝫ ma
cula corã dño deo tuo. Abſqꝫ macula crimi
nali. ſ. ait glo. Perfectionẽ aũt excellẽtie tã
git Proſper cũ dicit. Semꝑ ad ỽtutes ha
bendas ſe extendũt. Vñ bñ in epľa quadã
dicit ſic. Indefeſſũ pficiẽdi ſtudiũ ꝛ iugis
conatus ad pfectõem. reputat pfectio. Sꝫ
qꝛ apľs ad Rom̃. vij. dicit. Velle mihi adia
cet. pficere aũt nõ inuenio. iõ plena caritas
q̃lis erit in patria nullo mõ in via hři põt.
Propter qđ ſigna talis pfecte caritatꝭ hĩ nõ
querunt. ſed ſigna pfecte caritatꝭ put in via
haberi põt q̃runt. Eſt igit notãdũ q̄ ſigna
caritatis pfecte dupliciť cõſiderari pñt. q̃a
quedã habent ex actibꝫ exteriorībꝫ. ꝛ q̃dam
q̃ſi ex actibꝫ iteriorībꝫ. ꝛ licet de vtriſqꝫ mul
ta aſſignari pñt. tñ ð vtriſqꝫ q̃nqꝫ ad p̃ſens
ſufficiãt. Primũ igit ſignũ extrinſecũ ca-
ritatis pfecte eſt ſi q̃s p ſalute ꝓximi mori
parat⁹ eſt. Ratio iſti⁹ ſigni eſt. qꝛ ſicẽ dic Au
g⁹. lib. de gra. ꝛ libe. ar. Parua caritas non
ſufficit ad implẽda magna mãdata. vt ſunt
mori p chriſto vel p fratribꝫ. ꝛ cetera huĩoi.
ſed reqrit ad hoc caritas magna. i. perfecta
Vñ ſuꝑ epľam Joh. dicit Aug⁹. Perfecta
caritas hec eſt. vt q̃s p fratribꝫ ſit mori pa-
rat⁹. ſicut ꝛ Orige. etiã exponit illud Cant.
vij. Aſcendã ad palmã dicit. Volũtas pa-
tiendi pbauit qꝛ veraciť amauit. ꝛ tãto erat
amor altior q̃nto patiẽdi p eccľia volũtas
erat paratior. Hec ille. Et dñs Johis. xv.
Maiorẽ hac dilectionẽ ꝛc̃. Signũ igit p-
fecte caritatis eſt ſi aliq̃s parat⁹ eſt mori p
ſalute ꝓximi. Secđm ſignũ extrinſecũ p-
fecte caritatis eſt ſi inimicos diligit. ꝛ eis p
pter deũ bene facit. Rõ hui⁹ ſigni eſt. Quia
ſicut dicẽ Hugo de arra aĩe. Amor transfor
mat amantẽ in ſilitudinẽ amati in q̃ntũ põt.
nõ ſolũ q̃ntũ ad ſubſtãtiã ſed etiã q̃ntũ ad
opatiões arduas ꝛ difficiles. Cũ ẽ de⁹ ama
tur. q̃ diligit inimicos ꝛ bñ facit eis vt ipſe
oſtendit Math. v. di. Diligite inimicos ve
ſtros. ꝛ bñ facite eis. vt ſitis pfecti ſicẽ et pa-
ter vř pfect⁹ eſt. ꝛ hĩ nõ poſſit fieri p q̃libꝫ
dilectionẽ ſed p pfectã. qꝛ dicit Aug⁹. in en-
chiri. q̄ talis dilectio pfectoꝝ eſt. ꝛ Orig. ſu
per Canti. dicit. In exhibitiõe pietatꝭ pba
tur magnitudo amoris. iõ illud verũ eſt ſi-
gnũ. diligere inimicos ꝓpter deũ dilectum.
Terciũ ſignũ caritatꝭ pfecte extrinſecũ
eſt. ſi oĩa aduerſantia gaudenť ſuſcipit ꝛ pa
tiẽter finit. Rõ hui⁹ ſigni eſt. Quia caritas
pfecta mentẽ ab amore hui⁹ vite q̃ſi totaliť
auertit. ꝛ occidendo q̃ſi inſenſibilẽ reddit.
qꝛ penas tpales ꝛ mortem ꝯtemnere facit.
Vñ Grego. omel. x. dicit ſic. Fortis eſt vt
mors dilectio. qꝛ ſicẽ mors corp⁹ interimit.
ſic caritas vite eterne ab amore tpaliũ men
tẽ auertit ꝛ occidit. Nã mentẽ quã pfecte ca
ritas abſorbuerit ad terrena foris deſide-
ria velut inſenſibilẽ reddit. neqꝫ ſcẽtũs quili
bet mori p dño potuiſſet in corpe. niſi prius
a terrenis deſiderijs in mente mortu⁹ fuiſ
ſet. Hec ille. Caritas enĩ omnia ſuſtinet. ait
apľs. j. ad Cor. xiij. Vñ apľi ibant gauden
tes a ꝯſpectu ꝯcilij ꝛc̃. Ex q̃ ptꝫ ỽitas iſtius
ſigni. Quartũ ſignũ pfecte caritatꝭ extri-
ſecũ eſt. ſi omĩbꝫ renũciare parat⁹ ſit. ꝛ ſequi
xpm. Rõ hui⁹ ſigni eſt. quia pfecta caritas
oĩa rẽnuit q̃ ei⁹ officiũ impediũt. Vñ apľs
oĩa arbitrat⁹ eſt vt ſterc⁹ vt dilectũ lucrifa-
ceret. Sed tpaliũ ꝯcupiſcẽtia maxĩe impe-
dit officiũ caritatis. Dicit enĩ Aug⁹. lxxxiij.
q. xxxvj. q̄ caritatis venenũ eſt ſpes adipi-
ſcendoꝝ tpaliũ. ꝛ nutrimẽtũ caritatꝭ eſt im
minutio cupiditatꝭ. pfectio vero caritatꝭ eſt
vbi nulla eſt cupiditas. De hĩ dicit Gre. viij
li. moꝝ. c. ix. Sũt nõnulli iuſtoꝝ q̃ ad cõtẽ-
plandũ culmẽ pfectõis dũ ad altiora interi
uo appetũt. exteri⁹ cũcta derelinquũt. q̃ rebꝫ
habitis ſe nudãt. glĩa honoꝝ ſe expoliãt. q̃
deſiderioꝝ internoꝝ aſſiduitate ſe affligũt.
de exteriorībꝫ hřẽ ꝯſolationẽ nolunt. quibꝫ
paul⁹ dicẽ. Mortui eſtis ꝛ vita vřa abſcõdi
ta ẽ ĩ đo. Hec ille. Et ſic ptꝫ q̄ renũciare oĩa
ꝛ ſeq̃ xpm. ei⁹ voluntatẽ faciẽdo ſignũ eſt p-
fecte caritatꝭ. Vñ Jo. p. ca. c. ij. dicit. Qui ſer-
uat verbũ dei vere in eo caritas dei pfecta
eſt. Quintũ ſignũ pfecte caritatꝭ extrinſe
cũ ẽ. ſi nihil aliud q̃ꝫ ſolũ deũ timuerit. Rõ
hui⁹ ſigni ẽ. qꝛ ſicẽ dicit Jo. j. epľa. c. iiij. Per
fecta caritas foras mittit timorẽ. Qđ expo
nẽs Gilbert⁹ porreta. ſ. xviij. dicit ſic. Cari
tas ꝓximi caret liuore. ſed caritas xpi caret
timore. Hec enĩ nihil penale hꝫ. timor aũt
penaꝫ hꝫ. ẽ in xpi caritate nõ erit timor niſi
filialis. Quid enĩ timebit charitas veteres
offenſas. qꝛ multitudinẽ pctõꝝ opit caritas

Quid infirmitatem ꝓprie ꝯſciētie timebit ne decidat. qꝛ fortis vt mors dilectio. Quid tēporales ꝓ xp̄o timebit moleſtias finibiles. cū nec quidē ſi eterne fuerint defatigari aut nec euaneſcere poterit dilectio ꝯſummata .i. ꝑfecta. Nō iō amat charitas vt peat ſꝫ magꝭ vult forꝭ in eternū pire penalit̄ q̄ꝫ puari vſu amoris iternalit̄. Hec ille. Ex his patere pt q̄ timorē expellit charitas ꝑfecta. Quidam etiā ponūt ſignū iſtiꝰ amoris corꝑalis vt faciei pallorē. corꝑis languorē. actiōis torporem. ⁊ cetera hmōi. Sed illa ſunt ſigna tam amorꝭ carnalis q̄ꝫ ſpūalis. vt cōit̄ ptꝫ.

## Articulus quartꝰ

Ultimo videndū eſt de ſignis intrinſecis charitatꝭ ꝑfecte. Sūt em̄ q̄dā actiōes charitatꝭ ꝑfecte q̄ſi intꝰ manētes a charitate elicite vl̄ imꝑate. ⁊ tāto ſunt veriora q̄ꝫto interiora. Q̄to em̄ charitas ꝑfectior. tāto acutior. ⁊ ad intima ꝑtingēs. vt patet ꝑ Hugo. ſup. vij. angel' hierarch. ideo intimiores ⁊ ꝑfectiores elicit actꝰ. Primū igit̄ ſignū intrinſecū charitatꝭ ꝑfecte ſunt ꝓfunda ⁊ itima ſuſpiria mētis. Rō huiꝰ ſigni pōt eſſe talis. qꝛ q̄n memoria rei amate intima mētis tāgit. ſtatim ſuſpiria amoroſa q̄ſi quoſdā nūcios amorꝭ expellit. donec eā p̄ſenna dilecti viſitet ⁊ viſu reficiat. Un̄ Gregoriꝰ. v. lib. moral. adducēs illud Job. Anteq̄ꝫ comedo ſuſpiro dic̄. Mēs ad inſpirationē fulgorꝭ intimi ſuſpirijs vegetata ꝯualeſcit. qꝛ ei amor ꝟitatis afficit ⁊ refectio cōtemplatiōis paſcit. Tepidꝰ aūt amor h̄ non facere p̄t. ſꝫ amor ꝑfectꝰ. Patꝫ ḡ q̄ intima ſuſpiria ſunt ſignū charitatꝭ ꝑfecte. vt idem et Rich. dicūt. Secūdū ſignū charitatꝭ ꝑfecte ſunt alta deſideria. Rō iſtiꝰ ſigni eſt. quia Augꝰ. lib. xiij. ꝯfeſſi. dic̄ ſic. Om̄ia pōderibꝫ ſuis agunt̄. ⁊ loca ſua petūt. grauia deorſuꝫ vt lapis. ſurſum leuia vt ignis. Hec extra loca ſua exeūt q̄ſi inq̄eta. ſꝫ qđ eſt pondꝰ i corporalibꝫ. eſt amor i ſpūalibꝫ. Un̄ dicit idem Amor meꝰ pondꝰ meū. eo feror q̄cūq̄ꝫ feror. dono tuo accēdimur ⁊ ſurſum ferimur. Ergo q̄nto amor magꝭ accēdit̄. tāto deſideria amoroſa ꝑfectiꝰ ſurſum ferunt̄. nec q̄eſcunt donec ad locū ſuū .ſ. ad amatū deū ꝑueniāt. Un̄ ſequit̄. Inardeſcimꝰ ⁊ imꝰ ⁊ aſcēdimus aſcēſiones i corde ad pacē in hierl'm. Simile dic̄ lincoñ. ſup. iiij. angel'. hierarch. Et gregoriꝰ lib. vij. moral. dic̄ ſic. Sancti viri cuꝫ deſideriū eternitatꝭ anhelāt. in tāta altitudine vite ſe ſubleuāt vt audire iā q̄ mūdi ſunt graue ſibi ac deꝑmēs pondꝰ eredāt. Ual de em̄ intollerabile eſtimāt q̄cq̄d id non ſonat qđ intꝰ amāt. Sequit̄ infra. Et multiplicata charitate maioribꝫ deſiderijs eſtuāt. ⁊ iaꝫ ꝑuenire ad vitā ſpūs etiā ꝑ cruciatꝰ corporꝭ anhelāt. Ex q̄ ptꝫ q̄ alta deſideria q̄ in ſummū deſiderabile tendūt. ſigna ꝑfecte charitatꝭ ſunt. Idē dic̄ Rich. in tractatu de charitate. Tertiū ſignū ⁊ intrinſecū ꝑfecte charitatꝭ ſunt cogitatiōes lāguide. Rō iſtius ſigni eſt iſta. Fulgētiꝰ in q̄dā ſermone dic̄ ſic. Neceſſe eſt vt q̄ p̄ceſſit dilectiōis theſaurus id eſt amatū. illic ſequat̄ cogitatiōis affectꝰ .i. deſideriū amoroſum. Iō ꝟitas ait. Ubi em̄ theſaurꝰ tuꝰ eſt. ibi ⁊ cor tuū erit. Sequitur Ut ḡ celeſtia theſauriſemꝰ. celeſtia diligamꝰ Uis ḡ noſſe vbi theſaur. ſit. attēde q̄d amas attēde ⁊ q̄d cogitas. ⁊ ita fiet vt theſaurꝫ tuum ex tuo amore recognoſcas. ⁊ amorē tuū iudicio tue cogitatiōis intelligas. Hec ille. Si ḡ cogitatiōis affectꝰ eſt vbi eſt theſaurꝰ amoris .i. amatū. planū eſt q̄ cogitatio faſtidit om̄e aliud ab amato. Un̄ gloſa ſup illō Cañ. ij. Adiuro vos fi. hierl'm. vt annūcietis dilecto. qꝛ amore lāgueo. dic̄ ſic. Pre magnitud. ne amorꝭ oīa tp̄alia ſunt mihi faſtidiū vñ langueo. Lāguor aūt iſte cauſat̄ ex amore ꝑfecto. Un̄ Orige. ibidē diſtiguit triē amorē ſimplicē ⁊ ardorē ⁊ languorē. dicēs. Amāt inq̄t incipiētes. ardēt ꝓficiētes. languēt ꝑfecti. ḡ cogitatiōes lāguide ſūt ſignū amorꝭ ꝑfecti. Sil'e oñdit Rich. infra. Quartū ſignū intrinſecū amorꝭ ꝑfecti ſunt expectationes tedioſe. Rō huiꝰ ſigni ē. qꝛ ſicut dic̄ lincoñ. ſup. vij. angel'. hierar. Amore tendētem rē amatā nihil velociꝰ. nihil acutiꝰ. nihil ſubtiliꝰ aut penetrabiliꝰ. qꝛ ſua natura nō q̄eſcit donec ſingulariter totā penetrauerit ꝓfunditatē. ⁊ ꝑtrāſierit amabilis totalitatem q̄ntū pōt. Et idē. q̄n curſus iſtiꝰ amorꝭ ipendit̄ vel retardat̄ q̄litercūq̄ꝫ tota mēs turbatur ⁊ expectatiōe attediat̄. Qꝛ ſic dic̄ Rich. lib. iiij. de ꝯtem. c. xxi. Amāti omis mora nimis lōga videt̄. expectatio onero ſa. clamat cū ſancto Job. Tedet aiam meā vite mee. Qđ expōnēs Grego. ix. moral'. dic̄ ſic. Pn̄s vita vileſcere .i. tedere icipit dū diuinꝰ amor dulceſcere cepit .i. ꝑfici. Un̄ amās ꝑfecte cū tedio q̄dā faſtidit om̄e qđ curſum amorꝭ impedit. Iō Gilbertꝰ porretanꝰ ſ. xj. dicit ſic. Sicut amor terrenaꝝ occupatōnū ipanēs

eſt.ſuis ſatis habet inſeruire negocijs.ocio
gaudet.quiete fouet.ad internā dilectiōem
libera tꝑa habere volēs. Sequit̃ O ꝙ̄ du/
rū eſt amāti animū dimidiare cū xp̄o ⁊ mū/
do. Et ꝙ̄ durꝝ eſt in dilectiōis iura pegrīas
admittere curas.⁊ celeſte ſecretū ſecularibꝫ
infeſtari turbis. Sequit̃. Amor nihil ma/
gis vult ꝙ̄ amare. Hec ille. Et ſic patet qr/
tum ſignū charitatꝫ ꝑfecte   Quintū ſignū
intrinſecū ꝑfecte charitatis ſunt affectiōes
extatice. Extaſio aūt eſt exceſſus mentis ait
Papias. Rō hꝰ ſignu eſt.qꝛ ſicut dicit Dio
nyſꝰ.iiij.de diuis no. Amor in deū tendēs
eſt faciēs extaſim ſpūs. Et reddit rōem ibi/
dē dicēs. Quia amor nō ꝑmittit amatores
eſſe ſuipſoꝝ.ꝑ mētꝫ ſobrietatē. ſꝫ eoꝝ q̄ amā
tur ꝑ mētis exceſſum. ſed illi q̄ ſui non ſunt
alioꝝ extra ſe ſunt. Quia ſicut dicit Berñ.li
bro de p̄cep.⁊ diſpen.par aū ſuῆ. Nō eſt ꝑ/
ſentior nr̄ ſpiritꝰ vbi aīat ꝙ̄ vbi amat. Nō
tamē intelligēdū eſt quantū ad conatū affe/
ctionis. Hūc aūt exceſſum nō poteſt facere
niſi charitas ꝑfecta q̄ ꝑ fortē inclinationem
cauſat tendētiā vehemētē i rem amatā. Qđ
oſtēdit Dyoniſi.ibidē ꝑ exemplū dicens ſic.
Vñ beatꝰ Paulꝰ in amore dei magnifice ex
cellēs dicit Gal.ij. Viuo ego.iā nō ego.vi/
uit aūt in me xp̄s. Sequit̃. Hocaūt dic ve/
rus amator.⁊ extaſim paſſus viuēs deo ⁊ nō
ſibi. Hec expōnēs vercelleñ. in ꝓlo.ſuꝑ Cā
tic.dicit ſic. Viuo ego vita naturali.iam nō
ego ꝑ imitationē exceſſiuā ad eternitatis im
menſitatē q̄ſi abſorpta ⁊ ſuo officio ſuſpēſa
dirigor moueor doceor ⁊ regor vita ſuper/
ſubſtātiali cui vnior.qua repleor.viuit autē
in me chriſtꝰ.id eſt.ſic anima ſobria me regit
naturaliter ⁊ diſponit ad omnē actū interi/
orem.ſic virtꝰ xp̄i cui vnior gratuite me vi/
uificat ⁊ ad oīa diſponit. Sequit̃. Hec di
xit ſicut verꝰ amator. Verꝰ amator eſt qui ī
ſolū ⁊ ſumme ⁊ ꝓ̄e diligibile ⁊ deſiderabile ī
mediate.⁊ ꝓpter ipm ſuꝑintellectualiter ten
dit. Hec ille. Et ſic patet quintū ſignū chari
tatis ꝑfecte. Sunt tamē plura alia ſigna ca
ritatis ꝑfecte.ſed hec ꝓpter breuitatē ad pre/
ſens ſufficiant.

Diſtinctio q̄nta   Articulꝰ p̄mus.

q Vinto videndū eſt qualiter charita
tiua affectio a ſanctꝫ doctoribus di/
ſtinguat̃ ꝑ gradꝰ. Dicit eñ Auguſti.
ſuꝑ canō. Joh.ſic. Nunq̄d mox vt naſcit̃ cha/
ritas.iā prorſus ꝑfecta eſt.imo vt ꝑficiat̃ na
ſcitur.cū fuerit nata nutrit̃.cū fuerit nutri/
ta roborat̃.cū fuerit roborata ꝑficit̃.⁊ cū ad
perfectū venerit dicit. Cupio diſſolui ⁊ eſſe
cū chriſto. Ex quo patet ꝙ in charitate ſunt
diuerſi gradus. Et qꝛ Auguſtinꝰ in ep̄la ad
Macedoniū dicit ſic. Tāto nobis melius
quāto magis ad deū imꝰ quo nihil meliꝰ eſt
Imꝰ autē nō ambulādo ſꝫ amādo.quē tan
to habebimꝰ p̄ſentiorē.q̄nto eundē amorē
quo in eū tendimꝰ potuerimꝰ habere purio
rē. Hec ille. Et qm̄ maior ⁊ minor puritas
in gradibꝫ inuenit̃ charitatis. ideo de gra/
dibꝫ eiꝰ videndū eſt.quō ab infimis aſcēda/
mus ad medios.⁊ ꝑ medios veniamus ad
ſūmos.qꝛ vt ait Gregoriꝰ mora.xxij. Nemo
repēte fit ſummꝰ.ſed ꝑ gradꝰ ad ſummū ꝑue
nitur.   Propter qđ notandū eſt.ꝙ quidā
diſtinguēdo gradꝰ charitatis ſiue amoris ḡ
tuiti incipiūt ab infimo gradu amoris aſcē
dēdo vſq ad gradꝰ amoris violēti. Et qui/
dam alij docēt aſcēdere vltra ꝑ gradꝰ amo/
ris violēti vſq ad gradꝰ amoris ſeraphici

Primo igit̃ notandū ꝙ quidā doctor vt
Cantuar̄.ſuꝑ cantí. incipit rōnabiliter ab ī
fimo gradu charitatis ſiue amoris gratuiti
aſcēdendo ꝑ ſex gradꝰ vſq ad gradum amo
ris violēti ſiue vehemētis.dicēs. Nō omnis
amor inducit languorē ſiue vulnerat.ſed ve
hemēs amor.q̄ habet ſex gradꝰ precedētes.
quos enumerat ibi dicēs.   Primꝰ amorē
gradus intēporalis ſiue incōparabilis.⁊ iſte
eſt cōmunis omniū electoꝝ.   Secūdꝰ gra
dus eſt incōtaminabilis. ⁊ iſte eſt mūdi con
temptoꝝ ⁊ religioſoꝝ.   Tertiꝰ gradus eſt
amor inſatigabilis.⁊ iſte amor eſt iugiter ꝑ/
ficiētiū ⁊ cōfeſſorū.   Quartꝰ ḡdꝰ eſt amor
inſeꝑabilis.⁊ iſte eſt bonoꝝ cōtemplatiuoꝝ
Quintꝰ gradꝰ eſt amor inſuꝑabilis.⁊ iſte
eſt chriſti martyꝝ ſiue victoꝝ.   Sextꝰ ḡ/
dus eſt amor inſatiabilis.⁊ iſte eſt iugit̃ deſi
derantiū.vt ſolitarioꝝ. His ſex gradibꝫ de/
curſis.ſequit̃ amor violentꝰ inducens lang/
uorē   Primꝰ gradus charitatis ſiue amo
ris ⁊ infimꝰ eſt amor intēporalis.q̄ eſt cōmu
nis omnibꝫ electis.q̄ eſt tante virtutis ꝙ omne
peccatū mortale ab aīma expellit.⁊ deū ſuꝑ
omnē creaturā diligit. Et hic gradꝰ eſt ne/
ceſſitatis.vt oſtēdit dn̄s in euāgelio Mat/
thei.x.vbi dicit. Qui diligit patrē ⁊ matrem
⁊c.nō eſt me dignꝰ. Ergo ſuꝑ oīa diligen
dus eſt deꝰ. Unde Anſ.monol̄.c.lxxx.dicit.
ꝙ creatura rationalis nihil debet diligere

niſi ſummã eſſentiã aut ꝓpter illã. Ratio iſti
us eſt. quia in q̃ eſt ſumma diligibilitas. ſũ/
me debet diligi. hoc aũt eſt de⁹. Secũd⁹
gradus amoꝝ charitatiui eſt amor incõta/
minabilis. ⁊ hic grad⁹ eſt mũdi cõtemptorũ
qui tãte eſt virtutis vt hominẽ a mundana
cõuerſatiõe abſtrahat ne mens polluat̃ ⁊ ne
charitas ab ope impediat̃. Unde Johes. j.
cano. ſua. c. ij. dicit ſic. Si quis diligit mun/
dum. nõ eſt charitas patris in eo. qm̃ omne
qd in mũdo eſt. aut eſt cõcupiſcencia carnis
aut cõcupiſcẽtia oculoꝝ. aut ſuperbia vite.
Ratio iſti⁹ eſt. q2 ignis amoris vt dicit Lin
conieñ. in angel. hierarchia. ſepat ethroge/
nia ⁊ vnit homogenia. ſepat em̃ oĩa incon/
ueniẽs ab amato. Terti⁹ grad⁹ charitati
ui amoris eſt amor infatigabilis. Et iſte eſt
iugiter ꝓficientiũ ⁊ xpi cõfeſſorũ. q̃ eſt tante
virtutis vt aiam nõ ſinat q̃eſcere donec inue
niat quẽ diligit. Unde Cañ. iij. dicit. In le/
ctulo meo q̃ſiui ꝑ noctẽ ⁊c. Surgã circuibo
ꝑ vicos ⁊ plateas querẽs quẽ diligit aĩa
mea. Qd exponẽs Orige. dicit. Querẽdus
es dñe cũ frequẽtia laboꝝ. nũc in lectulo lu
mine veritatꝫ. nũc ꝑ noctes feruore charita
tis. abiecta ſupſtitione naturalis rationis.
Sequit̃. Sol⁹ amor te inuenit. quia qui te
amat te habet vt amet. amat vt habeat ⁊ ne
te in eternũ ꝑdat. Hec ille. Quart⁹ grad⁹
amoris charitatiui eſt amor inſepabilis Et
hic eſt aſſidue cõtemplãtiũ. Et hic gradus
tãte ꝟtutis eſt vt ꝯtinuis ſtimulis agitꝫ mẽ
tem ꝯtẽplatoris ad cõprehẽdendũ dilectũ.
donec tãdẽ dicat. Inueni quẽ diligit aĩa
mea. Et dicit Ber. Quis te nõ teneat domi
ne Jhu q̃ tenentẽ te ſpe fortificas. ꝑfectõne
decoras. ꝑſeuerãtia cõducis. remuneratiõe
ꝑducis. Ego aũt nõ dimittã te niſi benedi/
xeris mihi ⁊ nũq̃ꝫ dimittã te. quia nõ bñdi/
cis niſi tenentẽ te. Iſtũ gradũ videt̃ habuiſ
ſe apoſtol⁹ cũ dixit Roma. viij. Quis ſepara
bit nos a charitate xpi ⁊c. Quint⁹ graduſ
amoris gratuiti eſt amor inſupabilis. et hic
eſt xpi martyꝝ ⁊ aduerſitatibꝫ nõ cedentiũ.
q̃ eſt tãte fortitudinis. vt in libro de moribꝫ
eccl'ie dicat Aug⁹. Nihil tã duꝝ atq3 ferreũ
qd nõ igne amoris vincat̃. Et Hieronym⁹
in quodã ſmone dicit. Nihil amãtibꝫ durũ
eſt. null⁹ labor difficilis. Sequit̃. Amem⁹ ⁊
nos xp̃m ⁊ facile videbit̃ eſſe omne difficile.
Ratio hui⁹ eſt. q2 ſicut dicit Auguſtin⁹ d̃ ſan
c. viduitate. Nullo mõ oneroſi ſunt amo/
res amantiũ. ſꝫ ipſi delectãt. ſicut venantiũ
aucupantiũ ⁊ piſcantiũ labores. In eo eñ
qd amat̃ aut nõ laborat̃. aut labor amatur.
Amor aũt reddit min⁹ ſenſibilez. ait Augu.
Sextus grad⁹ amoris gratuiti eſt amor
inſatiabilis. Et hic eſt iugiter deſiderãtiũ
⁊ ſolitarioꝝ. Hic grad⁹ tãte fortitudinis eſt
vt nihil ſibi ſufficiat ꝑter vnũ ſolũ qd amat
⁊ ad ipm̃ ſemꝑ ampli⁹ in hac vita ſitit ⁊ deſi/
derat. Ratio hui⁹ eſt. q2 ſicut dicit Rich. lib.
de charitate. Charitas iſta ſemꝑ inuenit qd
adhuc ꝯcupiſcere poteſt. q2 quicq̃d agit deſi
deriũ ardẽtis aĩe nõ ſatiat. ſitit ⁊ bibit. bi/
bendo ſitim nõ extinguit. ſꝫ quo ampli⁹ bi/
bit. eo ampli⁹ ſitit. Auida em̃ imo ⁊ inſatia/
bilis aĩe ſitis vel eſuries nõ ſedat̃ ſed irri/
tatur. Sequit̃. Quid q̃ſo amore ſceleſtius.
moleſti⁹. acerbi⁹. cũ ſitim ſuã nec reſiſtendo
tẽperare nec inebriando poſſit extinguere.
Hec ille. Ecce ꝙ iſte grad⁹ amoris iã ſe extẽ
dit ad violenciã quandã amãtis vt clamet
cũ pſalmiſta. Siuiuit aĩa mea ad deũ fontẽ
viuũ. Unde Cañ. idẽ dicit. Iſtis ſex gradi/
bus decurſis. ſequit̃ amor inducẽs languo
rem. q̃ eſt grad⁹ amoris violẽti. Et ideo nũc
de illo dicendũ eſt.

Articulus ſecũdus.

De gradibꝫ igit̃ amoris violenti lo/
quẽs Richard⁹ in tractatu de cha/
ritate dicit ſic. Uis magna dilectio/
nis. magna virt⁹ charitatis. multi grad⁹ in
ea. ⁊ in illis magna differẽtia. ⁊ quis eos di/
ſtinguere vl' ſaltẽ dinumerare ſufficit. Et di
numeratis aliquibꝫ gradibꝫ idẽ dicit. Su/
pra tñ oĩes grad⁹ dilectionis eſt amor iſte
ardens ⁊ feruẽs q̃ cor neceſſitat ⁊ medulli/
tus trãſfigit vt veraciter dicat. Uulnerata
charitate ego ſum. Et ſequit̃. Cogitem⁹ er/
go que ſit ſupeminẽtia caritatis xpi. que di/
lectionẽ parentũ vincit. amorẽ ꝯiũs ſuperat
affectũ carnis trãſcendit vel extinguit. inſu/
per ⁊ animã ſuã in odiũ vertit. O violentia
dilectõis. O violẽtia charitatis xpi. O excel
lentia ⁊ ſupeminẽtia charitatis xpi. Hic eſt
de quo loqui volum⁹ de vehemẽtia charita
tis. d̃ ſupeminẽtia ꝑfecte enumeratiõis aſcẽ
dendo ad opa violẽte charitatis. ⁊ inuenio
ꝙ charitas vulnerat. charitas ligat. chari/
tas languidũ facit. charitas defectũ inducit
Quid hoꝝ nõ violentũ. q̃d hoꝝ nõ validũ.
Hec oĩa Rich. Et poſt hoc ꝓſequit̃ dicẽs.
Prim⁹ igit̃ gradus violenti amoris eſt.

quando mens deſiderio ſuo reſiſtere nō po
teſt q̄n vulnerat̃. Nōne tibi corde ꝑcuſſus vi
detur quādo ille ignꝰ amoris acuteꝰ men/
tem hoīs medullitꝰ penetrat. affectūqꝫ trāſ
uerberat. in tm̄ vt deſideriū ſiue eſtū cohibe
re animo nō valeat. deſiderio ardet. affectu
eſtuat. anhelat ꝓfunde ingemiſcēs. ⁊ lōga ſu
ſpiria trahens vt dicat. vulnerata charitate
ego ſum. Sed nota ꝙ amor violentꝰ nō ſo
lum vulnerat amatrices aīmas. ſed etiā cele
ſtes ſubſtātias. imo etiā ipm̄ fontē amoris
deū vulnerat. Unde vercellen̄. exponēs illō
Cant. Filij matris mee pugnauerūt cōtra
me. dicit. Filij ſunt ſubſtātie ſuꝑne ciuitatꝭ.
ex qua ipſa aſſidue ſpūalia ꝑcipit alimenta.
pugnauerūt cōtra me. pugnātes corporali/
ter ſpiculis acutis mutuo ſe feriūt ⁊ pūgunt
ſic mētes cōtēplatiue ſpiculatōes volatiles
feruētia deſideria. ſubtilia ⁊ acute penetra/
tiua immittūt. Primo quidē in ꝑanimp boſ
proſus eiſdē ꝑtranſitis in ſpōſum dirigūt
ſagittas acutas volatiles. violen̄ ſcꝫ amorꝭ.
vt dicat. Uulneraſti cor meū ſoror mea ſpō
ſa. Cant. ij. Et ſequit̃. Ex quo a dieb; Johā
nis regnū celoꝝ vim patit̃. Math. xi. ex tūc
em̄ regnū celoꝝ quaſi violenter rapit̃ ab hiſ
qui ſtimulo violēti amoris agunt̃. Mētes
em̄ celeſtes ad ſimilitudinē pugnantiū his
ſpiculationib; ⁊ deſiderijs occurrētes lumi/
nibꝰ feruidio ⁊ penetratiuo illos ꝑfundūt.
⁊ ad ſui ipſoꝝ exceſſum quaſi ad quandā ſpi
ritualē mortē ꝓuocant quā eligūt oſſa Job
vij. vt viuāt vita ſponſi. Hec vercellen̄. De
ſigno huiꝰ amoris Rich. vbi ſupra dicit ſic.
Hec tibi aīme vulnerate certa ſunt ſigna. ge
mitus ⁊ ſuſpiria. vultꝰ pallens atqꝫ tabeſcēs
que oīa operat̃ amor vehemēs. Sꝫ poſt
ſubiūgit vtilitates iſtꝰ gradus dicens. In
ꝑmo iſto gradu ſpiritꝰ iſte intrat ſuper mel
dulcis ad aīam. ⁊ inebriat eā intm̄ vt habe/
re dicat̃ mel ⁊ lac ſub lingua ſua. Et parū pꝰ
dicit ſic. Hic eſt ille cib; celeſtis qui egrediē/
tes de egypto ſolet reficere. ⁊ ꝑ ſolitudinem
ducere ⁊ paſcere. Hoc eſt illud māna abſcō/
ditū qꝺ nemo ſcit niſi qui accipit. nō per do
ctrinā ſed ꝑ expientiā. Et hic eſt ille dulcor
ſuauitatis ſpūalis. ⁊ tenera ſuauitas que ſo/
let lactare ⁊ alere ⁊ ad maturitatē paulatim
ꝑducere. Et infra. hoc ergo eſtimo ꝑ dilecti/
onis gradū agit̃ vt dū mens ſepe viſitat̃. ſe/
pe reficit̃. ſepe inebriat̃. quādoqꝫ ad maiora
audiēda ꝓuocatur. ⁊ ad ſecundū gradū cha

ritatis diſponit̃. Hec ille. Secundū gra
dum amoris violēti inqͣ Richardꝰ dixímꝰ
illū qui ligat. ſicut primū dixímꝰ. qui vulne/
rat. Nōne inqͣ ſine oī cōtradictione aīmꝰ
ligatꝰ eſt quādo omnium obliuiſcat̃. vt aliud
meditari nō poſſit. quia qcquid agat. qcqd
dicat. ſemꝑ hoc mēte reuoluit. ꝑhenniqꝫ me
moria retinet. hoc dormiēs ſomniat. hoc vi
gilans oī hora tractat. Unde facile eſt ꝑ/
pendere vt arbitror quomō hic gradꝰ prio/
rem gradū trāſcēdit. qui mentē hominis nec
ad horā quietā eſſe ꝑmittit. Sequit̃. Recte
itaqꝫ dictū eſt ꝙ prior gradꝰ ſit qui vulnerat
ſecundꝰ ſit iſte qui ligat. licet ergo ligare mi/
nus ſit quandoqꝫ ꝙꝫ vulnerari. tamē maior
violētia videt̃ eſſe ſi poſtqꝫ aliquiſ percuſſuſ
deijcit̃. deiectꝰ deprehēdit̃. dephenſus abdu
citur. abductꝰ incarcerat̃. incarceratꝰ cathe
natur atqꝫ ligat̃. ⁊ iam omnino captiuꝰ tenet̃.
Quid hoꝝ queſo maiꝰ ⁊ violentiꝰ. Ille liber
eſt. iſte autē a loco in quo detinet̃ recedere nō
poteſt. Sic vtiqꝫ qui a ſecūdo gradu violē/
te charitatis abſorptꝰ eſt quicqd agat. quo/
cunqꝫ ſe vertat ab illa vna ⁊ intima ſolicitu/
dinis ſue cura auelli nō poteſt. quia ligatuſ
eſt. Hec ille. Sed que ſūt vincula quib; ſpi/
ritus ſue animꝰ ſic ligari poteſt. Reſpondꝫ
idē dicēs. Si vultis audire de charitate li/
gante. ꝓpheta Oſee. xi. dicit. In funicul' adā
trahā eos in vinculis charitatis. Sꝫ quid
ſunt iſti funiculi adā primi parētꝭ noſtri. ni/
ſi munera dei. In magna em̄ gloria creatꝰ
fuit. Quid igit̃ ſunt iſta charitatis vincula.
niſi dei beneficia bona nature. bona gratie
⁊ bona glorie. His em̄ beneficētie vinculis
debitores obnoxios nos fecit quia naturā
cōdidit. gratiam cōtulit. ⁊ gloriā repromiſit.
Ecce funiculꝰ triplex. Funiculꝰ autē triplex
difficile rumpit̃. Seneca dicit. Qui benefi/
cium accipit. libertatē vendidit. Sequitur.
Adiecit aūt dn̄s adhuc noua vincula chari
tatis. que manu valida multiplicat ſuꝑ nos
vt nos ſibi artiꝰ aſtringat que enumerari nō
poſſunt. Hec ille. Cū his cōcordat vercell'.
qui exponēs eandē auctoritatē dicit ſic. In
funiculis adā trahā eos. id eſt. in vincul' ca/
ritatis. Ipſe ſiquidē deus mentē mouet i ſe
ſuo amore. adducitqꝫ ſuis ꝑticipationib; . qͥ
bus ſolū cognoſcit̃. Quāte autē ille ſint qs
nouit. Richardꝰ igit̃ quaſi cōcludēdo dicit.
Sicut in ꝑori gradu degustata ſuauitas ſa
tiat animū. trāſfigitqꝫ affectū, ſic i hͦ ſecūdo

gradu inſpecta claritas cogitationē ligat. vt illꝰ obliuiſci vel aliud cogitare nō poſſit Uincula illꝰ alligatura ſaluꝰ. Eccli. vj.

Ad tertiū itaqꝫ gradū violēti amorꝫ aſcē/dit. quādo omnē aliū amorē excludit qū nihil preter vnū vel niſi ꝓpter vnū diligit. Sequitur. In hoc itaqꝫ tertio gradu violente charitatis nihil oīo ſatiſfacere poteſt ꝑter vnū. ſicut ꝛ nihil ſape poteſt niſi propter vnū. vnū amat. vnū diligit. vnū ſitit. vnū cō/cupiſcit. ad vnū anhelat. in vnum ſuſpirat. ꝛ vno inardeſcit. in vno requieſcit. vnū ſolū eſt in quo reficiꝰ. vnū ſolū ex quo ſatiaꝰ. nil dulceſcat. nil ſapit. niſi hoc vno cōdiaꝰ. Sequiꝰ Quicqͥd vltro ſe offerat. quicqͥd ſpōte occurrat. cito reijciꝰ. cito ꝯculcaꝰ qđ ſuo affectui nō militat. vel eiꝰ deſiderio nō deſeruiat. Sed quis huiꝰ affectꝰ tyrannidē digne deſcribat quoniā omē deſideriū expellit. oīe ſtudiū excludit. omē exercitiū violēter opprimit qđ ſue cōcupiſcētie deſeruire nō cōſpicit. Quicquid agat. qͥcquid fiat. quicqͥd cogitet. inutile imo intolerabile videꝰ niſi in vnū ſui deſiderij finē cōcurrat. Cū aūt frui poteſt eo qđ diligit oīa pariter ſe habere credit. ſine illo aūt horrēt oīa. corpe deficit. corde tabeſcit ac langueſcit. cōſiliū nō accipit. ratiōi nō ac/quieſcit. nullā ꝯſolationē admittit. ſꝫ clamat cū ſponſa. Nūciate dilecto quia amore langueo. Can. ij. ibi ait gloſa. Pre amoris magnitudie oīa tēporalia ſunt mihi faſtidio. Sequitur. Tertiꝰ itaqꝫ gradꝰ eſt amorꝫ quādo mēs rapiꝰ in deū luminis abyſſum. ita vt humanꝰ animꝰ in hoc ſtatu omniū exteriorꝫ oblitꝰ penitꝰ neſciat ſeipm. totꝰqꝫ trāſeat in deū ſuū. In hoc itaqꝫ gradu cōpeſciꝰ plene carnaliū deſideriorꝫ turba. Et fit in celo ſilentiū qͣſi dimidia hora. In hoc nāqꝫ gͣdu dū mens a ſeipſa alienaꝰ. dū in illud diuinū ſecretariū rapiꝰ. dū ab illo diuini amoris incēdio circūdaꝰ intime penetraꝰ ꝛ inflāmatur. ſeipam penitꝰ exuit. ꝛ diuinū quendā affectū induit. ꝛ inſpecte pulcritudini ꝯfigurata tota in aliā gloriā trāſit. In hoc ſtatu aīa in illū quē diligit liqueſcit ꝛ in ſeipa tota langueſcit. vt dicat. Fulcite me floribꝫ. ſtipate me malis. qꝛ amore langueo. Hec ille.

Sed nota ꝙ triplex eſt languor. Primꝰ eſt defectꝰ corpis ex intēſione feruoris amoris. vel charitatis. Unde gloſa dicit ſic. Iā aīa ſupradictis cōfortata ita in amore dei ardet vt ꝑ nimio ardore languor carnis immineat. Creſcēte eīm virtute mētis ꝺcreſcit fortitudo corpis. ait glo. ſup illō Gen. xxxij Angelꝰ dñi tetigit neruū ⁊c. Itē eſt alius languor charitatis reſpectu tempaliū. Unde gloſa ibidē. Q̄to inquit ad amorē ſponſi ſe accēdit mens. tāto ab amore tēporaliū lāgueſcit. Itē eſt aliꝰ languor reſpectu tribulationū. Habet eīm amor plagas ſuas ſm Augu. que quādoqꝫ amariſſime infligūtur. De his tribꝫ dicit Origenes ſic. O ſi ſic langueſcat ſeruꝰ chriſti in ſpe eterne viſiōis. vt caro preſſa nō laſciuiat. mūdus fallax nō inuoluat. tribulatio vtilis eos cuſtodiat. cum quo ſuis in tribulatiōibꝫ eſt ipſe deꝰ. ps. Cū ipo ſum in tribulatiōe ⁊c. Et Richardꝰ concludēs i fine dicit ſic. Primꝰ gradus affectū ſauciat. ꝛ ſic ſecūdus ſauciatū ligat. ſic tertꝰ actionē implicat vt animꝰ circa aliqua occupari nō poſſit niſi quo eā voluntatis diuine nutus trahit vl' impellit. Et ſic qui ad hūc tertiū gradū amoris ꝑfecerūt. nil iā ꝓpria volūtate agūt. nihil omino ſuo arbitrio re/linquūt. ſed diuine diſpēſationi oīa cōmittunt. Hec ille. Sed hic caute intelligas. vt nō coopatiōem totaliter excludas creature Unde Rich. idē addit dicēs. Sic artifex liquefactis metallis formā quācūqꝫ voluerit imprimit. ſic aīa in illo ſtatu ad omnē diuine volūtatis nutū ſe facile applicat. imo ſpōtaneo quodā deſiderio ad omē eiꝰ arbitriū ſeipam accōmodat. ꝛ iuxta diuini beneplaciti modū omnē volūtatē ſuā informat. vt obediat cū chriſto vſqꝫ ad mortē. Huic eīm exēplari quilibet ſe debet cōformare qui vult ſumme charitatis gradū attingere.

Quartꝰ gradꝰ violēte charitatis eſt vt ait Richardꝰ ibidē. quādo eſtuātis animi deſiderio iā oīno nihil ſatiſfacere poteſt. ꝛ ideo ad defectū ducit. Sequiꝰ. Quis huiꝰ ſupremi gradꝰ violentiā digne penſare ſufficiat. quid queſo cor hoīs ꝓfundiꝰ penetrat. vehementiꝰ exagitat. cū ſitim ſuā nec reſiſtēdo tempare. nec inebriando extinguere poſſit. In hoc quarto gradu eſt amor inſupabilis quia alij affectui etiā maiori nō cedit. Inſe/parabilis eſt qꝛ a memoria nunqͣ̄ recedit. ſingularis eſt. quia ſociū nō recipit. inſatiabilis eſt. quia ei ſatiſfieri nō poterit. Sequitur. Quāta eſt excellētia ipiꝰ amoris ꝙ oēm aliū affectū excedit. Quāta queſo vehementia que mentē quieſcere nō ſinit. quāto obſecro violētia charitatis ꝙ omnē aliū affectū

violenter expellit. quanta ſupeminentia cui
omnino nihil ſufficit. O excellentia amoꝝ.
O violentia dilectiōis. O charitatis vehe/
mentia. O emulatiōis ſupereminētia. Et i/
fra dicit. In primo gradu aque multe non
potuerūt extinguere charitatē. In ſecūdo
gradu aīa ponit dilectū ſuū ſup cor ſuum
ſicut ſignaculū. eo ꝙ illum oīno obliuiſci
nō poteſt. In tertio gradu ſi dederit homo
omnē ſubſtantiā ſuā ꝓ dilectiōe. quaſi nihil
deſpiciet eā. eo ꝙ in re alia delectari non poſ
ſit. In quarto gradu fortis eſt vt mors di/
lectio. ⁊ dura vt infernus emulatio. eo ꝙ ei
ſit dulce ꝗcꝗd ꝓ eo facere vl' ſuſtinere poſſit
Hic eñ omnē aliū affectū expellit et vincit.
Si eñ ad aliquid affectū habemus quod
ꝓpter deū nō diligimus. pfecto ⁊ ulcerinus
affectus eſt. ꝗ ſumme charitati. cōſtantiā
frangit. vireſqꝫ eius minuit mo..tū ad alie
na aīam trahit vel impellit. Sequit. In ꝓ
mo igit' gradu diligit' de⁹ ex corde. In ſecun
do ex toto corde. In tertio ex tota aīa. In
quarto autē ex tota virtute. Et infra dic̄. ſm
aliquē modū aīa in hoc gradu efficit' im/
mortalis ⁊ impaſſibilis. Immortalis. quia
a vita ſepari nō poteſt. Cert⁹ ſum. inq̄t apo
ſtolus. ꝙ neqꝫ mors neqꝫ vita neqꝫ aliq̄ crea
tura ⁊c. Nōne impaſſibilis ſm aliquē mo/
dum videt' que ill'a dāna nō ſentit. que ī om
ni iniuria hilareſcit. ⁊ quicꝗd infert' ei ad pe
nā. totū ꝓſumit ad gloriā. vt cū apoſtolo di
cat. Libenter gloriabor in infirmitatibꝫ me
is ⁊c. Et apoſtoli ibāt gaudētes ⁊c. Nonne
hic gradus amoris violēti videt' animū ho
minis quaſi in amentiā vel in ſanctā inſani/
am vertere dū nō ſinit eā in emulatione mo
dum vl' menſurā tenere. Nōne ſumme amē
tie videt' eſſe verā vitā repellere. ſummā ſapi
entiā redarguere. omnipotētie reſiſtere. Nō
ne vitā repulit qui ꝓ fratribꝫ a chriſto ſepa/
rari cupit. ſicut ille qui dixit. Aut dimitte il/
lis hanc noxā. aut dele me de libro in q̄ me
ſcripſiſti. Nōne ſapientiā arguere voluit vel
docere qui ad deū loquit' dicens. Abſit a te
dñe vt rem hāc facias ⁊ occidas iuſtū cū im
pio. fiatqꝫ iuſt⁹ ſicut impi⁹. Non eſt hoc tuū
facere. Nōne omnipotētie reſiſtere temptat
quia irā eius mitigare homo ꝓſumpſit atqꝫ
preualuit. quādo domin⁹ ſententiā mutauit.
Ecce in quantā ꝓſumpnōis audaciā ꝯſum
matio charitatis ſolet mentē hominis erige
re. Hec oīa Rich ꝓpoſtere tū.

Articul⁹ tertius

D E gradibus autē ſeraphici amoris
nūc dicendū eſt. Nō ꝙ nos ſimiles
actus amoris exercere i hac vita poſ
ſimus. ſed ꝙ nos ſtudeam⁹ aliqualiter imi/
tari eos inquantū poſſum⁹ in diuino amo/
re. Primo igit' videam⁹ de amore angelo
rum in cōmuni. De quo ſciendū eſt. ꝙ ſic
Dyoniſi⁹ dicit. v. āgelice hierarchie. ſm trāſ
lationē vercelleñ. Amorē diuinū angeloꝝ
intelligere oportet immaterialit'. qui eſt ſu/
pra mentē ⁊ deſideriū indeclinabile in aliū.
⁊ irremiſſibile a ꝓprio feruore cōtemplatōis
diuine. ⁊ ꝑ exceſſum oīs ſubſtātie in ſolos
ſponſi amplex⁹ tendētis. ⁊ nulla anxietate af
flicte vt accidit in deſiderijs carnaliū volu/
ptatū. quaꝝ appetit⁹ plenus eſt anxietate. et
infra deſideriū nō volens coerceri vl' remit
ti ꝓpter ſui fortitudinē ad id quod appetit. et
incōuertibilitatē ad id quod nulla actōe va
let intercidere. ꝓpter hoc ꝙ pure deū et ſim/
pliciter deſiderāt. ⁊ nihil eſt quod poſſit eos
ab eius amore reuocare vl' retardare. Et qꝛ
ſemp deus eſt vniformis ⁊ equaliter bonus
⁊ pulcer. ⁊ quia ipſe habet in ſe ſimpliciſſime
omnē ſpeciē deſiderabilē vt ſapientiā. boni/
tatē. pulcritudinē. eternitatē. omnipotētiā.
⁊c. ⁊ ſm oīa eſt tot⁹ deſiderabilis. Cap. v.
Ideo trahit plenarie in tīme irreuocabilit' i
ſe omniū ſuoꝝ oīa deſiderabilia cōprehē
ſoꝝ. Hec ille. Et cū hoc concordat ille Lin
colneñ. cōmentator ibidē dicit ſic. Angeli ex
rationis abūdantia ſciētes illud quod appe
tunt eſſe deſiderabile. ⁊ vere ⁊ vehementiſſi
me ⁊ totis viribꝫ deſiderandū ⁊ amandum
amore puro. ⁊ nō in aliud tendente. Illud i
tendunt ita fortiter ⁊ tam inauertibiliter. ꝙ
illa tentio a nulla potentia intercidi poteſt
vel impediri. ⁊ eſt ipſe amor tentio ⁊ ꝓgreſſio
ad aliud. ⁊ amplex⁹ illius adepti. nec aliqua
ratione aut modo aliquo retinet' aut remit/
titur coꝝ tentio in illud aut ꝓgreſſus aut il
lud adeptū amoris amplexu deſerit'. Hec il
le. Ex his apparet quantū amor angeloꝝ
excedit amorē noſtrū. ſaltē quantū ad actū
⁊ opatiōem. Non inueni in ſcriptura ſacra ḡ
dus amoris angelici diſtincte traditos niſi
ſeraphin. De quoꝝ amore Dyoniſi⁹. ca. vij.
angelice hierarchie loquēs ponit q̄nqꝫ gra/
dus vel magis quinqꝫ ꝓprietates dicēs. Cō
gruū eſt vt in ſupremis ſubſtātijs ordinet' ꝓ
ma hierarchia que ſup ceteras exaltat'. ⁊ cet.

ca deū immediate collocat᷑. ad quam tanq̄꜄ deo proximā principali⁹ deseruunt᷑. primo di influitiões ⁊ ꝑfectiones. Et illi⁹ hierarchie ordo ꝑmus seraphin. id est. calefaciētes ⁊ incēdentes interp̄tant᷑. Sequit᷑. Interpretatio autē isti⁹ nomis seraphin incendētes vł calefacientes iuxta naturales proprietates ignis qui incēdit ⁊ calefacit. nobis significat eternā mobilitatē substantiaꝝ illius ordis circa diuina. ⁊ incensibilitatē ⁊ caliditatem ⁊ acutū ⁊ superferuidū. Alia translatio habet. ⁊ excedentē feruorē sempiterne motiōis eorū in deū que attentissima est ⁊ irremissibilis. ⁊ in aliud desiderabile nunq̄꜄ declinās Hec verba occultissima sunt. ideo linconien̄. cōmentator exponēs ea dicit sic. Ad hos deiformeo habitus tā excelsos ⁊ a nostra infirmitate longinquos. ⁊ visui nostro tā absconditos exponēdos omīno minores sumus. Verisimile est enī hoc esse de archanis verbis que paul⁹ in raptu suo audiuit que homini nō licet loqui. Hec tamē Dyonisio q̄si specialissimo discipulo ⁊ celesti eius ꝯciui locutus est. que iste vt existimo nō omnibus cōmuniter sed puritate intelligētie ⁊ diuinis illuminationib⁹ ⁊ gratia priuilegiatis. ac ꝑ hoc super hoīem eleuatis decreuit cōmunicare. de quoꝝ numero ego nō sum. tamē cōmunicabo ea inquantū possum. Hec ille. Similiter cōmētator Hugo ostēdit subtilitatē istoꝝ verboꝝ. ⁊ dicit sic. Si quod sentio dicam. primū hoc fateor q꜄ verba audiui aut nō homini dicta aut nō dicta ab homine. Nam ꝑ hominē ea dici tam magnū mihi videt᷑ vt nihil ampli⁹ homini dari possit. Et quia forte verba illa ab istis nata sūt qui audiri potuerūt. dici nō debuerūt. Nā ille qui hoc dicebat vsq̄꜄ ad tertiū celū ꝑuenerat ⁊ intrauerat in ꝑadisum dei. ibiq̄꜄ verba audierat. de verbo quedā secreta oīno ⁊ ꝓxima silentio vsq̄꜄ ad que auris humana non cōtingeret que nemo audiret. nemo sciret. Intus enī audiebant᷑ ibiq̄꜄ dicebantur ⁊ nō poterāt exire foras vbi erat homo. ꝓpterea ab eo qui int⁹ erat ⁊ valde int⁹ introrsus audiri potuerūt. sed his qui foris erant dici non debuerūt. ne tamē qui foris erant derelinquātur si ab eo qui intus erat nō vocarent᷑. nata sunt verba de verbis sicut de ꝟbo nata fuerāt. de verbis que intus seruari debuerūt. verba que foris proferri debuerant. de immēsis magna. de occultis obscura. de impenetrabilib⁹ profunda. que a nobis audita sunt tanq̄꜄ tonitrua. verū intellecta nescio. Et addit ibidē. Si hec nō gustātur. nō amātur. ⁊ si nō intelligunt᷑ vane audiunt᷑. In amore autē fit gustus. id est. experientia que est magistra intelligētie ⁊ nostre cōsummatio. Hec ille. Igit᷑ qui volunt hoc ꝑfecte intelligere primo experiant᷑. Narrata ḡnt difficultate istoꝝ verboꝝ. p̄dictoꝝ doctoꝝ expositiōem videam⁹ vtroꝝq̄꜄. Prima igit᷑ ꝓprietas seraphici amoris siue sup̄mus grad⁹ s̄m Dyonisiū est semꝑ mobile. De quo lincoñ. ⁊ cōmētator Hugo ꝯcorditer dicūt. Qꝫ auctor volēs ostēdere ꝓprietates amoris q̄ feruēt seraphin. sic ea significauit ꝑ ignē. sic eoꝝ deiformes habit⁹ signat ꝑ ignis ꝓprie tes. Ignis nāq̄꜄ ꝓprietates sūt. sempiterna nō interrupta mobilitas. caliditas. acumen penetratiuū ⁊ velocitatis acutum ⁊ superferuidū. quia in termino calidū sibi eoꝝ que cōtingit est assimilatiuū. Et infra sequit᷑. Eadē ignis ꝓprietas que dr̄ motio amoris. vt estimo signat actionē ⁊ amationē nō interruptā nec finitā quiete vł pausatione ab agēdo. Que enī pōt esse alia amoris motio nisi eius actualis amatio que nō in illis celestib⁹ substātijs sicut in nobis q̄n̄q̄꜄ quiescit ⁊ finit᷑. sed sempiterne agit existēs intenta vt nō desistat q̄n̄q̄꜄ ab agēdi motiōe ac ꝑ hanc intētionē irremissibilis ab amandi intensiōe ⁊ indeclinabilis ⁊ inflexibił ab amando ordinate amatū. ⁊ indeclinabile ad aliq̄d aliud inordinate amandū. Sequit᷑. Hmōi ḡ sꝑ motione p̄dicto modo attēta. et ꝑ h̄ irremissibilis ⁊ indeclinabił sꝑ mobilis circa diuiā. ꝑmo docet manifestatiue cognominatoꝝ seraphin. Hugo cōmētator addit hic. d. q꜄ motio dilectōis q̄ ad supiora ē intēta. itima ⁊ inflexibił dr̄. ꝑut autē fit ad obiecta. i. inferiora reductiue ⁊ actiue exēplatiuū noīat᷑. mot⁹ enī ille q̄ in supiori ē ꝯtēplatio. in inferiori ē opatio. ⁊ ad supiora tēdit vt in eis requiescat. ad inferiora tēdit vt ea ad se reducat. sursum charitas mouet᷑ vt illic maneat. deorsū vt redeat. Preterea motio caritatꝫ i supiorib⁹ q̄dē ad inferiores reductiua ⁊ actiua dr̄. reductiua i eo q꜄ illos ad creatorē suū eodē igne caritatꝫ succēdēs ꝯuertit. Actiua ꝟo i eo q꜄ illos accepta claritate illustratos ad illi⁹ volūtatē ꝯponit. Propt᷑ q̄d itaq̄꜄ dilectō illoꝝ ꝯtēplatiua fertā ē inferioꝝ ad supiora occasio tendendi. ⁊ s̄m superiora

incendēdi tanq̄ recalificās iſta ſcʒ inferiora
ꝛ reſuſcitans in ꝯſimilē caliditatē vt ſemꝑ ar
deant.ſed nō equalit̄. Mobile igit̄ amoris
eſt vt nō torpeſcat dilectio noſtra neq̄ꝫ tepe/
ſcat. Hec Hugo ibidē. Secūda ꝓprietas
vel gradꝰ ſeraphici amoris eſt inceſſabile ꝛ
infinibile Et hec ꝓprietas amoris differt a
ꝑma. Et cōmētator lincon̄. reddit rōem dif
ferētie dicēs. Sic hec ꝑticula. ſemꝑ mobile
tollit interruptiōꝫ motiōis in amatiōe. ſic h̄
adiunctū inceſſabile vel infinibile tollit ter/
minationē duratōis. Vel forte inq̄t lincon̄
ꝑ hoc ꝙ dic̄ auctor inceſſabile vel infinibile.
intēdit exꝑmere hāc ꝓprietatē amoris ad ſili
tudinē ꝓprietatis ignis. videlicet ꝙ ſic ignis
nō habꝫ terminū in agēdo dū inuenit aptā
materiā i quā poſſit trāſire. Sic amor ꝛ eꝰ
actio nō habēt terminū in agēdo dū inueni
unt materiā aptā in quā pūt trāſire. deꝰ aūt
infinitꝰ eſt. q2 infinite potētie. ſapiē. bonitatꝫ
iuſticie. ꝛ mie ꝛc. De ipō igit̄ dicens amor in
ipm trāſiens ſꝑ inuenit aptā materiā i quaꝫ
naturalit̄ aptꝰ natꝰ eſt trāſire. ꝛ ignis qui eſt
amor aptꝰ natꝰ accēdi. Sequit̄. Amor igit̄
ꝛ amoris motio in diuīa. terminū nō habet
in agēdo. Signat̄ igit̄ ꝑ mobile ſꝑ ſempiter
nitas ꝑuans interruptiōꝫ. ꝛ duratōis inter
minationē ꝑ inceſſabile ꝟo ꝛ infinibile amo
ris ꝛ amatiōis ſignat̄ augmētabilitas ꝑ uāſ
terminū augmētatiōis ſeu intēſionis ꝛ ma/
gnitudinis. Vn̄ verꝰ ꝛ cōſuetꝰ ſermo quo dr̄
Modꝰ amādi deū eſt ꝙ ſit ſine mō ꝛ mēſu/
ra. Secūdo idē declarat dicens. Si ſcibilia
ſunt infinita. ſaltē ex infinitate ſpecieꝝ nūeo
rum ꝛ figuraꝝ. ꝛ his ꝑ ſe accidētibꝫ. ꝛ intelle
ctus naturaliter amat oīa ſcibilia ſcire ꝛc.
Tertio idē declarat ꝑ reflexionē amorꝫ ſuꝑ
omnē ſuū actū reſpectu oīm ꝟtutū. Aduer
tendū eſt ꝙ ꝑ ꝑdicta duo noīa. ſ. ꝑ mobile et
inceſſabile ſeu infinibile ex vi ꝟmonis nō ſi/
gnat̄ actꝰ ſꝫ ad ꝑractoſ amoris actꝰ natural̄
aptitudo. Hec oīa lincon̄. ꝛ ibidē addit di
cens. Motio igit̄ illoꝝ ſpirituū ſiue diuini
tati appropinquātiū inceſſabilis dr̄. ꝛ intēta
ꝑ intima ꝛ inflexibilis. q2 a ſe ꝑ amoris deſi/
deriū in deū tendēs ꝛ inobilis ſꝑ eſt. ꝛ nūq̄
in ſe ſubſiſtit ꝛ intēta vt in illū ꝑgat. ꝛ intima
vt ad exteriora nō defluat. inflexibilis vt ad
alia extra ipm ꝛ pter ipm non diuertat. mo/
bile ad inquiſitionē excitat. inceſſabile ad ꝑ/
ſeuerantiā cōfirmat. Hec ille. Tertia ꝓ/
prietas ſiue gradus ſeraphici amoris eſt ca

lidum. De quo dicit Hugo in cōmento ꝙ h̄
tertio loco ꝯueniēter ponit̄. quia ſicut mo/
bile ꝑcedit vt inquiſitionē excitet. ꝛ inceſſa/
bile ſequit̄ vt ad ꝑſeuerantiā cōfirmet. ita ca
lidum ſequit̄ vt ſenſum viuificet. ꝛ acutū ſe/
quitur vt ad apprehēdendū penetret. ꝛ vlti/
mo ſuperferuidū ſequit̄ vt adheſionē ꝛ am/
plexū quietū manifeſtet. Require plura ibi
ſi vis. Lincon̄. aūt̄ de calido loquēs di/
cit ſic. Sicut ꝑma actio pōderoſi vel leuis ē
inclinatio ad vniuerſalē locū. ſic actio ꝟtutꝫ
ſeu potētie amatiue eſt inclinatō ad natura
le amabile. Hec tn̄ actio nōdum multiplex
eſt amatio. ſic inclinatio pōderoſi vel leuis
nondū actualis eſt motio ad locū naturalē
cū frequēter ſit inclinatio ad quietē rei inclī
nantis altero ꝓhibēte actū motiōis. Hanc
igit̄ inclinationē ꝟtutis amatiue puto ſigni
ficari ꝑ calidū. motionē aūt ad naturaliter
amabile amplexādū exiſtimo ſignificari per
acutū. Ideo ſequit̄. Ipaꝫ aūt rei amate am
plexationē ſemꝑ intētionē ſeu cū illa adheſi/
onem. ꝛ in illā quietationē manifeſtari ꝑ ſu
perferuidū. Caliditas eīm naturaliter eſt ī/
clinatiua ſubiecti in dilatationē ꝛ diffuſiōeꝫ
ſui in omnē partē. Gaudiū aūt eſt animi dif
fuſio. ſed amor eſt res que ꝑ ſe ꝛ ſola ꝛ ſua eſt
gaudioſa ꝛ dilatabilis. Cū igit̄ amor ſit res
per ſe dilatatiōis ꝛ diffuſiōis participatiua
Quapropter ꝛ inclinatio ad actū amorꝫ eſt
inclinatio ad actū dilationis ꝛ diffuſionis.
Unde cōueniēter hec inclinatio nomie ca/
lidi eſt expreſſa. Calor nāq̄ꝫ qui intꝰ eſt non
videt̄ ꝛ mouet virtutē incendij latētis. ſꝫ qđ
mouet videt̄. et ex q̄ videt̄. intelligimus vim
magnā ꝛ violentiā fortē caloris qui latet ꝛ nō
videtur. Calor iſte ſine tumultu ꝛ actōe ſen
ſitiua ad amorē ingredit̄. vt ingreſſus illius
ſibi aſſimilet. ꝛ tandē potēter a ſeipō eijciat.
ꝛ tandē per calorē totus igneſcat. De iſto
gaudioſo amore dicit richardus ſic. Amor
eſt dulcedo ſaporis intimi. ꝛ quanto arden/
tius amat. tanto ſuauiꝰ guſtat. Et amor eſt
gaudiū ſpei. quia vbi amor. ibi ſpes. ꝛ vbi ē
ſpiritualis amor. ibi eſt ſpirituale gaudium

Quarta ꝓprietas ſiue gradus ſeraphici
amoris eſt acutū. Quod exponēs cōmenta
tor dicit ſic. Acutū ſignificat quendā impe/
tum amoris. ꝛ vehementiā deſiderij arden/
tis ꝛ penetrātis vt ibi ſit vbi eſt ipm amatuꝫ
cum ipō ꝛ in ipſo. vt non ſolum ab ipſo ca/
lidum ſit, ſed tranſeat acutum in ipſum.

Poterat eīn calidū eſſe. ꝛ quaſi de lōge calidum fieri. vt hoc ꝛ eſſet ſatis amare abſentē ꝛ pſentē nō videre. vel pſentiſſimū poſſidere. Sed nō erat iſte amor pfectus niſi acutuꝫ faceret ſibi ſoramē ꝛ trāſiret oīa ꝛ penetraret donec ad dilectū pueniret. imo potius i dilectū iret. Si eīn in dilectū non vadis adhuc foris amas. neqꝫ acutū habes dilectionis. ꝛ torpēs diuiſus es manēs extra tali⁹ a dilecto. ꝛ vnū nō efficeris cū ipo. Amor autem te vult vnū facere cū ipo. ꝛ ido penetrat oīa ꝛ appropinquat qntū poteſt ad vnum ipm. Unde ꝑpheta ait. Ubi erat impet⁹ ſpiritus. illuc gradiebant᷑. Impet⁹ acutuꝫ eſt. Et infra dicit Acutū nō quieſcit donec iret ꝛ penetret ꝛ dicat. Tenui eū nec dimittā donec introducā eū in domū matris mee. ꝛ in cubiculū genitricis mee. Sed tamē ipm ad te introductū. nō quolibet modo. vt ſcꝫ ſubſiſtat extra apud te. vel i partibꝫ tuis. ſiue ante hoſtiū dom⁹ tue. aut etiā ſolūmodo i domo tua. q2 hoc nō eſſet ſignū magne dilectionis. niſi vſqꝫ ad thalamū pueniat ꝛ cubiculum ingrediat᷑. ꝛ vſqꝫ ad interiora penetret ꝛ in intimis requieſcat. Ipe aūt ingredit᷑ vt ꝛ tu ingrediaris ad illū. Hec ille. Linconieñ. illud verbū exponit dicens ſic. Acutū dicit᷑ tam qꝺ ſubtile ꝛ penetratiuū eſt ꝙ quod in motiōe velox eſt. Inhiatiōe autē tendente i rem amatā nihil veloci⁹. Unde nihil acutius. nihil ſubtili⁹ amore. aut penetrabilius. q2 natura nō quieſcit donec naturaliter totam amabilis penetrauerit virtutē ꝛ ꝓfunditatē ꝛ totalitatē qntū poteſt. hoc igit᷑ exiſtimo ſignificari ꝑ acutū. Hec ille. Quinta ꝓprietas ſiue grad⁹ ſeraphici amoris eſt ſupferuidū. Qꝺ linconieñ. exponit. Primo oñdit quid ſit feruidū. ꝛ quid ſit ſupferuidum. Dic ergo ſic. Feruere dicunt᷑ q̄ impreſſo calore ſupra ſe ſurſum ferunt᷑. ꝛ ꝓprio pondere in ſe redeūt. huiuſmodi ſup ſe leuatiōes ꝛ in ſe relapſus viciſſitudinarie feruores dicunt᷑. Sancti itaqꝫ viri q̄ exarſerūt ſancti ſpiritus gratia. ſe offerūt in deū. ꝛ ex ꝓprio pōdere recidūt in ſe ab actuali ſupra ſe eleuatiōe. Hec viciſſitudinātes cōgrue dici poſſunt ſpiritu feruētes. ꝛ q̄ in hoc ſupeminēt. ſupabundāter ſupferuidi dicunt᷑. Sed orit᷑ queſtio ſi angeli quoꝝ amor defixus in deū non tepeſcit aut remittit᷑. aut aliquo modo declinat ab ipo quomō dici poſſunt feruētes. ꝛ ſi feruentes dici nō poſſunt. quomodo ſuperferuidi dicunt᷑. Reſpōdꝫ linconieñ. ꝙ poteſt dici ꝙ ſicut dei cognitio in ſe eſt ſicut mane. ꝛ cognitio ei⁹ in creaturis eſt velut veſpe. ſic amor in ſe eſt eleuatior. ꝛ amor ipſi⁹ in creaturis depreſſior. Et in hoc vtroqꝫ ipſi⁹ amore ſeſe naturaliter ad inuicē cōſequente quaſi quedā viciſſitudo feruor eſt ſpualis. cuius ſupeminētia eſt eſſe in termino poſſibilis ſibi intēſionis. Uel forte (inquit Linconieñ) poſſet dici ꝙ amor q̄ deū angeli amplexant᷑ ſupferuidus eſt. q̄ eſt intēſus ad ſummū. nō lenteſcit nec remittit᷑. ſed imobiliter ꝑſtat in tenciōis ſue ſummitatē. Si eīn vis caloris ſurſuꝫ ferētis ꝑtes liquide feruētis ſupra ſe poſſet ea portare ꝛ ſuſtinere in ſua ſup ſe eleuatione. ita vt neqꝫ caloris remiſſione. neqꝫ ꝓprio pondere relaberent᷑ ad inferi⁹. Liquidū huiuſmodi vſitato modo loquēdi nō diceret᷑ feruere. ſꝫ veriſſime diceret᷑ ſupferuere cū maioris virtutis eſſet id eleuare ꝛ quietare in ſua eleuatiōe ſupra ſe ꝙ id ſolū eleuare abſqꝫ quietatiōe. ꝛ ſtatim laberet᷑ inferius. Et ſic patet cognominatio ſeraphin. Docꝫ etiā hec ꝓprietas iſti⁹ potentie amatiue primum actū q̄ eſt inclinatio. ꝛ ꝯſequēter ſecundū actū qui eſt motio animi ad naturaliter amatū intendēs ipm penetrare vt poſſibile eſt. ꝛ deinceps docet tertiū ꝛ vltimū actū iſtius potētie amatiue q̄ eſt cū amato iam adepto adheſio ꝛ quietatio. Intellige tamē prioritatē ꝛ poſterioritatē nature. non tēporis. Hec ille. Hugo ſc̄o cōmētator exponēs ꝑdictū verbū. ſ. ſuperferuidū. d. An oñet nos hec res ad magis cogitare de ſupferuido ꝙ de calido ꝛ acuto. Noſtis eīn quō id qꝺ feruet quadā caloris incēdij ſui violētia iactatur extra ſe. tollit᷑ ſupra ſe. ꝛ facit motiōꝫ magnam iuiſibili eſtuatiōe. Qꝺ eīn ꝑus acutū fuit in dilectiōe. obſiſtētia oīa penetrans. ſupferuidū fit. iam bulliēs in ſeipſo ſtare nō valens. Acutū eīn amoris eſt cū oīa tranſcendēdo deſpicit. ſupferuidū autē cū etiā ſe ipſum cōtemnēdo relinquit. Nā qui hoc ſolum appetit qꝺ amat in illi⁹ cōparatiōe. etiā ſeipm ꝯtemnit ꝛ deſpicit. Neqꝫ eīn vere hoc ſolū appeteret ſi vel ſemetipm cū illo amarꝫ. Non aūt hoc facere poteſt niſi magna ꝛ ſingularis dilectio. vt pre amore illi⁹ quod ſolum diligit᷑. ille etiā qui amat quodā modo a ſemetipo deſpicit᷑. Sic ergo miro modo ꝑ dilectiōis ignē ſuſtollit᷑ qui etiā ſupra ſe ꝑ vim amoris expellitur, vt exeat etiam a ſe,

Quoſmodo igit̄ feruet ⁊ quō bullit corde q̄ pceptū amoris ſupni ignē dū in illū ſolum qui ſurſum eſt appetendū fert̄ cogitatione et deſiderio extra ſe pijcit̄. ⁊ ſupra ſe eleuat̄. nec ſe cogitat dū illū ſolū amat. Et in fine ↄclu/ dit dicens. Ecce dixim⁹ mobile ill⁹ dilectio nis inceſſabile ⁊ calidū ⁊ acutū ⁊ ſuperferui dum. ⁊ intentū ⁊ intimū. ⁊ inflexibile ⁊ extem platiuū ⁊ reductiuū. ⁊ actiuū. ⁊ recaliſicans. ⁊ reſuſcitās. vt ex iſtoꝝ aliquali cogitatione imitemur. vt poſſim⁹ in amando celeſtes ſubſtantias

Diſtinctio ſexta

ſ Exto videndū eſt qualiter ſpūs noſter p charitatiuā actionē intrinſecū ⁊ eternū ſecretū dñi Jhū ingrediat̄. Circa qō notandū eſt. ꝙ amare deū eſt accedere ad ipm. ⁊ intrare ⁊ guſtare quoniā ſuauis eſt dñs. Et hoc oñdit Gregorius. xv. moraliū dicēs ſic. Supioꝛa amare iam ſurſum eſt ire. dūq; magno dſiderio ad celeſtia. anim⁹ inhiat. miro modo hoc ipm qō accipere querit. hoc iā deguſtat. Et Gregori⁹ ſuper Ezech. dicit. Quantū quiſq; amat. int̄m ad ingreſſum regni appropinq̄t. Inquantū vero ingredi negligit. int̄m recuſat. Rō iſtorum eſt. q2 ver⁹ amor ſiue charitas nullū patitur mediū inter ſe ⁊ obiectū qō eſt de⁹. ſed vehemēter tēdit in ipm imediate. ⁊ ideo nūq̄ quieſcit donec omīa trāſeat. ⁊ ad ipm ⁊ in ipm veniat. vt Hugo ſup. vij. angel' hierar. dicit. Dilectio ſiue amor impetū ſui ardētis deſiderij ſequēs amato appropinquat q̄ntū poteſt. ⁊ eo ampli⁹ ſinens intrare ipʒ cupit. ⁊ eſſe cū xpo. ⁊ tam ꝓpe vt ſi fieri poteſt h̄ idē ipm ſit qō ipm eſt. ideo ſup oīa veriꝰ. citius. pfecti⁹ puenit̄ ad deū greſſibꝫ affectionū. nō greſſibꝫ pedū. Vnde Auguſtin⁹ i epiſtola ad Macedoniū dicit ſic. Tāto nobis meli⁹ eſt q̄nto magis ad illū im⁹. quo nihil meli⁹ eſt. Im⁹ autē nō ambulādo ſed amando. quē tāto habebim⁹ pſentiorē. q̄nto eūdē amorē quo in eū tendim⁹ poterim⁹ habere puriorē. Hec eñ charitas vt dicit auctor de ſpiritu ⁊ aīa. eſt via dei ad hoīes. ⁊ via hominū ad deū. Per charitatē nāq; venit de⁹ ad homīes. venit in homīes. Per charitatē diligūt homīes deū. diligūt deū. ⁊ ad deū currunt. ⁊ ad deuʒ puenīūt. Sic familiaris eſt deo charitas vt manſionē habere nolit vbi charitas nō fuerit. Et ibidē dicit̄ ſic. Anima nāq; quā dei pietas reſpicit. humilitas ſubijcit. penitētia ducit. iuſticia deducit. obedientia cōducit. pſeuerantia pducit. deuotio introducit. puritas cōiungit. charitas vnit. Sequitur. Habet aīa in ſe amorē quo ſp poteſt ſtare cū deo. Si igit̄ charitatē habemus. ⁊ deū habem⁹ ⁊ in eo manemus. quia de⁹ charitas eſt. De hac materia req̄re pluſ in hoc quarto itinere q̄ſi p totū.

Diſtinctio ſeptima

ſ Eptimo videndū eſt qualiter ſpirit⁹ human⁹ ad veniendū p iter charitatiue affectionis ad intrinſecū ⁊ eternum ſecretū dñi ab ipo amicabiliter inuitatur Cant. ij. dicēte Surge propera amica mea. colūba mea. formoſa mea. et veni. Et hui⁹ inuitatiōis allectiuū ſubiungit dicēs. Veni. quia iā eſt ambulantiū alleuiata agilitas. quia temp⁹ putatiōis aduenit. id eſt. omniū ſupfluoꝝ ⁊ grauantiū depoſitio. Dicit ergo. Amica mea. ꝓpter tuā vnitiuā caritatē. Charitas eñ eſt fortiſſimū vinculuʒ amicicie. quia ipa eſt vinculū pfectionis. ſic dicit apoſtol⁹ ad Col. iij. Imo fortis eſt vt mors dilectio. Cañ. viij. Surge ꝓpter dilecti tui attractiuā amabilitatē. Ego eñ traho te monēdo ſicut amanē ⁊ deſideratum. ⁊ trabo te in vinculis adā ⁊ in funiculis charitatis. Ozee. xj. id eſt. in vnitiuis attractionibꝫ prime dilectiōis. ait Vercellen̄. O columba mea. ꝓpter charitatis tue ſinceritatē. Charitas ſincera eſt (ait Bernard⁹ in libro de diligēdo deū) qua ꝓximi bonū eque diligimus vt noſtrū. Nā qui magꝭ aut certe ſolū diligit ſuū bonū. ↄuincit̄ nō caſte diligere bonū qō propter ſe diligit nō propter ipſuʒ homo ſm ꝓphetā cōfitebitur tibi cū beneficeris ei. Propera. ꝓpter charitatis tue velocitatē. Nihil eñ velocius eſt amore acuto tendēte in rē amatā. ait linconi. ſup. vij. ange. hierar. cui etiā hora breuis lōga videt̄. vt ſ̄.

O formoſa mea. ꝓpt charitatꝭ tue pulcritudinē. Cañ. vij. Q̄ pulcra es ⁊ q̄ decora chariſſima i delitijs. ibidē dic Orige. Mirabilis laus tua nō ex te ſʒ ex eo q̄ diligit te. Fide eī polles. ſpe nites. caritate luces. iuſticia ſplēdes. fortitudīe rutilas. prudētia fulges. tēperātia cādes. Veni p iter charitatis nō diuiſe. ſʒ integre. que ſit ex toto corde. id eſt. ſm Augu. toto intellectu ſine errore. ex tota aīa. i. ex tota volūtate ſine contradictione. ex tota mēte. i. memoria ſine obliuiōe. Si vnū illoꝝ deeſt. integre non venis Hu

ſuo autē inuitationio ſubiungit allectiuum. dicēs. veni. quia tēpus putatiōis aduenit. i. omīa aggrauātia z impedientia ſpirituū itinerantē in itinere charitatis ſunt amota. quia charitas opit multitudinē peccatorū. nō q̄rit que ſua ſunt. z alleuiātia itinerātes collata ſunt. ſcꝫ palmite omniū habituū ꝑtutū. Vercellenſ exponēs hec verba dicit. In vite putant. id eſt. reſecant ſarmenta. que ſi in vere manerēt. fructū multiplicē ſed minꝰ nobilem ꝓferrēt. Sic inquit in mēte ſunt ꝟtutes z morꝰ qui apti ſunt in vita actiua fructificare. ſed illi fructꝰ minꝰ reputant reſpectu fructuū vite cōtemplatiue. Luce. x. Maria optimā partē elegit que zc. Similiter intellectus ſpeculatiuꝰ fructificat in diuinoꝝ cognitione ꝑ creaturaꝝ inueſtigationē. ſed ille fructꝰ minꝰ nobilis eſt. quia enigmaticꝰ eſt reſpectu cognitiōis vnitiue. vt patet. vij. de diuinis noib. vbi dicit Dyoniſiꝰ. Eſt iterū diuiniſſima cognitio dei qua ipſe cognoſcit ꝑ ignorantiā. quādo ſcꝫ mens ab omnib intellectualib z intelligibilib recedēs. z tandem ſeipam excedēs vnit radijs eterne ſapientie inſcrutabilis ꝓfunditatis. Et ſequit. Quotiēs ergo ſupintellectualiter exercemur ad diuinū radiū. totiēs opus eſt vt reſecemꝰ intellectuales opatiōes. vt docet Dyoniſius primo de miſtica theologia. z ſimiliter creaturarū ſilitudines. vt innuit Exod. iij. vbi dicū ſuit Moyſi. Solue calciamēta de pedibus. Pedes ſunt intellectꝰ z affectus. quibus ſpiritꝰ noſter eternū deū accedit. vt ſupra dictum eſt. Qui pedes mūdandi ſunt ab omnibus pellib. i. creaturaꝝ ſimilitudinib. quos ſponſa dixit ſe lauiſſe Cañ. v. vbi dicit ꝟcellenſ. Pedes meos id eſt affectū z intellectū quib carpſi itinera charitatis laui z purgaui vel purificaui. quō iterū inquinabo illos vmbris z imaginib tempaliū. Cū etiā intellectuales opationes z forme in hoc loco. id eſt ſupintellectuali exercitio reputentur vmbre z offendicula. Hec ille. Et hec ſufficiāt ꝑ quarto itinere charitatis

q **Vintum igitur** iter eternitatis ꝑ quod ſpiritus noſter venit ad intrinſecū ſecretum z eternū manerium dñi Jeſu eſt eternoꝝ occulta reuelatio. Reuelationes autē eternoꝝ ſunt ſtudioſiſſime cōſiderande z aſſidue rumināde. quia ſicut dicit Vercellenſ. ſuper Cātica. c. primo. Aſſidua reuelationū ſpiritualiū ruminatio prebet aſſiduā cognitionū z exultationū mentis incremētū z ex hoc exceſſum eternoꝝ z ingreſſu ꝫ occultorum cōſequit. Sunt aūt ad maiorē huiꝰ itineris cognitionē ſeptē cōſideranda ꝑ ordinē Primo qualiter iter occulte reuelationis eternoꝝ iter charitatiue affectiōis ſeqtur. Secūdo qualiter reuelatio eternoꝝ occulta dicat. z qualiter diſtinguat. Tertio qualiter ꝑ ſenſibilē reuelationē eternoꝝ admittat Quarto qualiter ꝑ intellectualē reuelationē eternoꝝ ſpūs noſter ad eterna introducat Quinto qualiter ꝑ ſupintellectualē reuelationē eternoꝝ ſpūs noſter eternitati vniat Sexto qualit ſupintellectualis reuelatio eternoꝝ a nobis acquiratur. Septimo qualiter ad iter occulte reuelationis eternoꝝ ſpiritꝰ noſter a domino inuitatur.

Diſtinctio prima

p Rimo igit videndū eſt qualiter iter occulte reuelatōis eternoꝝ iter charitatiue affectiōis ſequat. De hoc pt aſſignari ratio talis. Cū ſm Auguſtinū. xiij lib. ꝯfeſſi. Charitas ſiue amor ſit pondus inclinās amātē ad amatū. z appropinq̄re facit amato q̄ntū pt. vt etiā trāſformet amantē in amatū ſm Dyoni. Q̄to ḡ ꝓpinquius ē amās amato. tāto veriꝰ ſubtiliꝰ z ꝑfectiꝰ ſibi reuelatur amatū. Unde Hugo ſup. vij. angel. hierarchie dic. Cōſtat vt q̄ ardentiꝰ diligūt. ꝓfundiꝰ ꝯſpiciūt. z ſubtiliꝰ diſcernūt. Et quia magis ꝓfunde ꝯſpiciūt. procul dubio euidētiꝰ cognoſcūt. Ergo rectiſſime q̄nto etiā magis amāt. tāto ꝑfectiꝰ cognoſcūt. Et ſic ꝟificat ꝟbū Rich. dicētis li. iiij. de ꝯtem. Ex magnitudine dilectōis pēdet modꝰ diuīe reuelationis. iō rōnabilit illud iter ſequit ꝑcedens iter ex q̄ pēdet modꝰ diuīe reuelatōis.

Diſtinctio ſecūda

Ecūdo vidēdū eſt q̄lit reuelatio eternoꝝ dicat occulta. z q̄lit diſtinguat. De primo notādū q reuelatio diuinoꝝ dr occulta q2 nō niſi i occulto pcipit. Siue eīm reuelatio fiat eoccultoꝝ manifeſtatio ꝑ exteriores figuras fiat. ſiue ꝑ ſacras ſcripturas. ſiue ꝑ illuminatiōes inſpiratas. ſiue ꝑ collocutiones exteriꝰ expreſſas. ſemꝑ fit i occulto vt oſtendit Hugo lib. iij. de archa noe. vbi dicit q in reuelatiōib neceſſaria eſt ſecreta hitatio z mētis collectio z vnio. Vñ dicit ſic.

Scrutemur ſcripturas ⁊ inueniemus vix
aut nunq̃ʒ deũ fuiſſe locutũ in multitudie. ſʒ
quotieſcũqʒ inoteſcere voluit aliq̃d hoĩbus
nõ gẽtib⁊ populis. ſʒ vel ſingulis vł admo
dũ paucis ⁊ a cõmuni hominũ freqñẽtia ſe/
gregatꝫ. vel ꝑ nocturna ſiletia. Vñ in cãpis
⁊ ſolitudinib⁊ ⁊ mõtib⁊ ⁊ vallib⁊ ſe manifeſta
uit. ſicut locut⁹ eſt cũ Noe. cũ abraã. cũ iſaac.
cũ iacob ⁊ moyſe. ſamuele. dauid. ⁊ oĩbus ꝓ
phetis. Et ſeq̃t. Quid eſt ꝙ ſꝑ loquit̃ i ſecre
to de⁹. niſi ꝙ nos ad ſecretũ vocat. ⁊ ꝙ cum
paucis loquit̃ niſi ꝙ nos colligat ſiue vniat
Et dic̃ ibidẽ ſic. Silĩo rõ eſt q̃re de⁹ obſcu/
re loquit̃ in ſcripturꝫ niſi ꝙ ꝟitas malis ab/
ſcondat̃ ⁊ bonis reuelet̃. Silẽ dic̃ de⁹ ĩ euã
gelio. ne margarite pedib⁊ porcoꝝ ꝯculcent̃
Silẽ dic̃ Dyoni in myſtica theolo. loquẽs
ad Thimoteũ. Ex his patere pt ſcðm ſcʒ ꝙ
reuelatiões diſtinguãt̃. Nõ eñ omes equa/
liter a ſenſibilib⁊ abſtrahũt̃. nec equaliter in
intellectu exercitãt̃. nec eq̃liter ſupintellectu
aliter ſurſum extẽdunt̃. iõ neceſſe fuit vt qui
buſdã fierẽt reuelatões ſenſibilit̃ quibuſdã
intellectualit̃. ⁊ quibuſdã ſupintellectualit̃.
q̃s reuelatiões legim⁹ Moyſi factas Exo.
iiij. qũ exuerat egyptũ tꝑalẽ ad iteriora deſ̃
ti vt illas nũciaret filijs iſrł̃. de egypto exire
deſiderãtib⁊. vt teſtabat̃ clamor eoꝝ ad dñʒ
vt ꝑgerẽt iter triũ dieꝝ in ſolitudinẽ. q̃ pñt i/
telligi tres reuelatiões. Prima reuelatio
ſenſibil' ⁊ ſimpl'r viuẽtib⁊ fit egyptũ h⁹ mun
di exire deſiderãtib⁊. Vñ q̃buſdã pñb⁊ fie/
bant ſenſibiles reuelatões. vt exẽplificat Dy
oniſi⁹. c. j. angel'. hierar. ſic paſtorib⁊ ⁊ quibuſ
dã alijs. Hec reuelatio ad intrãdũ ad etña
allicit. Secũda reuelatio eſt intellectual'
q̃ fit intellectualit̃ viuẽtib⁊ in filijs iſrael de
egypto h⁹ mũdi exeũtib⁊. iã intellectualiter
ambulãtib⁊. Et h̃ reuelatio ad etña itrodu
cit. vt. iiij. c. patebit. Tertia reuelatio ẽ ſu/
perintellectual'. Et hec tñ fit viuiꝫ mẽtibuſ
⁊ egreſſis de egypto. ⁊ in interiorib⁊ deſerti
exiſtẽtib⁊. vt moyſi. Et hec reuelatio etnita/
ti viuit. vt patebit infra capl'o. v. Iſtas reue/
latiões mens ꝑcipit q̃ in intimis ⁊ imis ſta/
re ꝯſueuit. ait Rich. Et ſic patet ſecundũ. ſcʒ
qualiter reuelatio diſtinguat̃.

Diſtinctio tertia

Tertio vidẽdũ eſt de q̃libet iſtaꝝ re/
uelationũ. Et ꝑmo de ſenſibili. q̃lit̃
ſpũs noſter ꝑ eã ad exceſſum etnoꝝ
alliciat̃. De q̃ notandũ eſt. ꝙ hec reuelatõ
fit plebi ſimpl'r viuẽti. de egypto tꝑali iã exi/
re deſiderãti ad terrã ꝓmiſſe eternitatis Et
hec reuelatio vt dic̃ Rich. ſup Apoc. ca. j. ſcʒ
ſenſibilis fit dupliciẽ. Fit eñ q̃ñqʒ ꝑ ſigna
ſenſibilia. vt qñ res videt̃ corꝑalib⁊ ſenſibuſ
extra abſqʒ ſignificatõe myſtica. vt pharao/
ni ⁊ balthaſar. q̃ nullũ ſenſũ ſpũalẽ vł myſticũ i/
tellexerũt. Et ſic nõ fuit reuelatio facta illis
q2 vltra ſenſum nihil manifeſtatũ fuit Eſt
⁊ alia reuelatio ſenſibil' ſiue viſio corꝑalis. q̃
fit ſenſib⁊ exteriorib⁊. vt qñ res videnẗ i q̃b⁊
latet ſignificatio myſtica. q̃lis facta fuit pa/
trib⁊ veterꝫ legiſ ⁊ noue. vt dictũ eſt. ⁊ patʒ ꝑ
Dyoni. c. iiij. angel'. hierar. q̃ myſteria noue/
rũt. vt abraã. iſaac. ⁊ iacob. ⁊c̃. Neceſſitas
hui⁹ reuelatõis fuit vt dic̃ Dyoni. ĩ ep'la ad
Tytũ. vt hõ q̃ ꝯſtat ex duab⁊ naturꝫ. anima
ſcʒ rõnali. q̃ ſimplex eſt ĩ eſſentia. ⁊ corpore
cõpoſito iuxta vtriuſqʒ nature ꝓprietatẽ illu
minet̃ diuis cognitiõib⁊. vt ⁊ mẽs ei⁹ puras
⁊ ſimplices ⁊ intimas ſignoꝝ ſenſibiliũ intel
ligẽtias ſegregare ab ipis ſignis cõſpiciat et
ſenſualitas eiuſdẽ ꝑ nature ꝓprietatẽ coapte
tur mẽtali cognitiõi. ⁊ ſic ad diuia extendat̃
Hec ille. Et ſm Aug. de ꝟa religiõe. Sici
inuiſibilia dei a creatura mũdi ꝑ ea q̃ facta ſũt
intellecta ꝯſpiciũt̃. ⁊ ſempiterna ei⁹ virtus ⁊
diuitaſ. Et hec ẽ a tꝑalib⁊ ad eterna ĩgreſſio
⁊ ex vita veterꝫ hoĩs in nouũ hoĩnem refor/
matio. Hec ille. Quia iã ſenſualitaſ ordina
te cooꝑat̃ cognitioni mẽtali. Hec reuelatio
ſenſibilis facta fuit moyſi cũ de rubo arden
ti dñs ſibi ſenſibilit̃ apparuit in ſubiecta cre
atura. ⁊ dixit filijs iſrael dicẽs. Ego ſum de⁹
abraã iſaac ⁊ iacob. h̃ nomẽ mihi eſt ĩ eternũ
In hac reuelatiõe ſenſibili oñdit dñs ignem
diuitatis in q̃ verbũ paternũ oñdit ſuã ſen/
ſibilẽ denoiatiõnẽ. in q̃ cõiungit eterna cum
tꝑalib⁊. ſpũalia corꝑalib⁊. patriã exulib⁊. cuʒ
dic̃. Ego ſum de⁹ abraã iſaac ⁊ iacob. Ego ĩ
quit ſum. q2 eſſe meũ eternũ ⁊ ĩmutabile eſt.
Nõ etiã oñdit Joh. viij. dicẽs. Añqʒ abraã
fieret ego ſum. Et dic̃ Hieroni. ad Marcel
De⁹ q̃ exordiũ nature nõ hʒ. ꝟe nomẽ eſſen
tie tenuit. Ego ſum de⁹ abraã iſaac ⁊ iacob.
de⁹ aũt ſum viuoꝝ nõ mortuoꝝ. Mat. xxij
Ego ſũ de⁹ abraã iſaac ⁊ iacob. Ergo abra/
am iſaac ⁊ iacob viuũt. ſʒ nõ viuunt ĩ tẽpali
mutabilitate. nõ exilij h⁹ calamitate. ſʒ etña
hereditate. q2 nomẽ h̃ mihi ĩ eternũ eſt. Di
ces ẽ filijs iſrael. Ego ſum de⁹ abraã iſaac ⁊
iacob. eos alliciẽdo vt egyptũ temporalem

corruptibile ꝛ pegrinū egrediant ad terram hereditatꝫ patribꝰ pmiſſam ꝛ datā. terrā inq̄ eterne ſtabilitatꝫ ꝛ veritatꝫ. terrā eterne beatitudinis ꝛ hereditatꝫ. Nā vt dicit Augꝰ. in ſmone de natiuitate dñi. Natꝰ eſt nob xp̄us in tpis mobilitate vt nos pducat ad patris eternitatē. Factꝰ eſt deꝰ homo vt hō fieret deus. Ueniat igit mō nō corpaliter ſz mētalit memoria eterna cogitādo. qꝛ ſicut Augꝰ. iiij de tri. c. xvij. cū eterna cogitamꝰ nō ſumus in hoc mūdo quē iā trāſcendimꝰ. veniat etiā intellectui eterna ꝯtēplatio. qꝛ. xviij. moral. dicit Grego. In ſanctis fit eternitas aſpiciendo dei eternitatē. veniat etiā volūtati eterna amādo. qꝛ ſicut dic Grego. j. moral. Unuſquiſq electoꝝ adhuc in mūdo poſitꝰ corpe. mēte amāre. etiā extra mūdū ſurgit. Et. xv. dic. Supiora amare iā ſurſum ē ire. cunctꝗ magno deſiderio ad celeſtia inhiāt miro modo hiſpm qd accipe querūt. iā ꝯguſtāt. Sic igit patet qualit ſenſibilis reuelatio eternoꝝ ad eterna allicit.

Diſtinctio quarta

Quarto videndū eſt qualit p intellectualē reuelatiōez eternoꝝ ſpūs noſter ad eterna introducit. q̄ fit intellectualit viuētibꝰ. vt filijs iſrl de egypto huiꝰ mūdi mētalit iā egredientibꝰ ꝛ ad eterna tendētibꝰ. Et hec reuelatio nō fit oculꝭ carnis. ſz mētis. vt dic Richardꝰ. Et fit dupliciter. qꝛ qñq ſit qñ p ſpm̄ ſcm̄ animꝰ illuminatꝰ formalibꝰ reꝝ viſibiliū ſilitudinibꝰ ꝓmōſtratis ſiue pſentatꝫ ad inuiſibiliū cognitiōz ducit. qualit Johes vidit Apoc. ꝛ tñ veritatez in eis intellexit. Hec reuelatio ad eterna ducit qꝛ p eā intellectꝰ in inuiſibiliū ꝛ eternorum cognitiōz exurgit ꝛ pducit. vt dic Richardꝰ.

Secūdo mō fit hec reuelatio eternoꝝ ſiue viſio intellectualis vt dic Rich. qñ ſpiritus humanꝰ p internā inſpiratiōz ſuauit tactus nullis mediātibꝰ rebꝰ viſibilibꝰ ad celeſtium cognitiōz erigit. ſicut vidit ꝓpha qui vidit in ſpū. Et Haymo ſup Apoc. ꝯcordat vbi dic Intellectualis viſio ſiue reuelatio fit qñ nō p corpales res. nec p ſiles. ſz ipa ꝟitas immediate manifeſtat videtibꝰ. qd ꝓprie electoꝝ ē Matth. xvij. Caro ꝛ ſanguis nō reuelauit tibi ſz pr meꝰ q̄ in celis eſt. p interiorē inſpirationē. ait pſ. Audiā qd loquat in me dñs deꝰ. Hec occulta reuelatio eternoꝝ videt inniui p h qd dictū eſt moyſi Exo. iij. qñ in interioribꝰ deſerti dictū ē ſibi. dices filijs iſrael. Qui eſt. miſit me. hic apparet q hec reuelatō fit intellectualit viuētibꝰ. qꝛ filijs iſrl. ꝛ in interioribꝰ mētis. qꝛ interiora deſerti ingredientibꝰ. Unā vercell. in plo. ſup Cañ. dicit ſic. Populo iſraelitico mādatur nomē intellectuale. ſ. qui eſt. ſiue. ens. qd eſt emanatio ꝓme exiſtētie a cauſa cauſaliſſima. Et Dam. li. j. c. iij. dic. q qui eſt. pncipaliꝰ eſt nomē omnibꝰ noibꝰ dei. q̄ de deo dicunt. Totū em̄ in ſeipo cōprehēdit velut quoddā pelagꝰ ſube infinitū ꝛ interminatum. Diſcordat Auguſtinꝰ. v. li. de tri. c. ij. Et qꝛ illud ꝟbū eſt. ſignificat pñs nūc eternitatꝫ. h qd ambit oēs differētias tpis. put ꝺ deo dr. iō mentē ſiue intellectū a tpalibꝰ ad eterna. a ſenſibilibꝰ ad intelligibilia ducit ꝛ ꝯtrahit. vſq ad nūc eternitatꝫ qd varietates tpis neſcit vt tlēs dicāt illud Phil. Nrā ꝯuerſatio in celis eſt. Sz ſciendū eſt q iſta reuelatio intellectualis eternoꝝ nō fit niſi intelligētibꝰ ꝛ interiora ingredientibꝰ. vbi oīe velū remouet ab eis. Nā reuelatio dr q̄ſi veli remotio ab oculis intellectualibꝰ. quā remotiōz petiuit dauid dicēs Reuela oculos meos ꝛ ꝯſiderabo mirabilia de lege tua. De h velamie dic apl's. ij. ad Corinth. iij. Uſq in hodiernū diē velamen in lectiōe veterꝫ teſtamēti manet nō reuelatū. qd in xp̄o euacuat. Nos aūt reuelata facie gl'iam dñi ſpeculātes in eādē imaginem trāſformamur a claritate i claritatē tanq̄ a dñi ſpū. Uelamē g a xp̄o euacuat vt nob pr manifeſtet. Matth. xj. neq prem q̄s nouit niſi filꝰ. ꝛ cui voluerit filꝰ reuelare. xp̄m aūt ſpūſſanctꝰ clarificat nō in ſe ſz in nob. vt ipe Joh. xvj. dicit. Cū venerit paclitꝰ ille me clarificabit ꝛ docebit vos oīa. qꝛ amor diuinꝰ omē velū remouet. ꝛ oēm ꝟitatē docet. Unū apl's. j. Coꝝ. ij. Nobis aūt reuelauit deus p ſpm̄ ſuū q̄ oia pſcrutat etiā ꝓfunda dei. Et j. Joh. ij. ꝛ vnctio docebit vos. oia. ſ. ſpūſſcūſ

Diſtinctio q̄nta

Quinto videdū eſt qualit p ſupintellectualē reuelatōez eternoꝝ ſpūs noſter eternitati initat. Sz hic ꝓmo occurrit dubiū. q in reuelatiōe iſta ſupintellectuali videt includi oppoſitū i adiecto. quia vt ait Papias. Reuelatio ē manifeſtatio eoꝝ q̄ fuerūt abſcōdita. ſz abſcōdita reuelant cū intelligūt. q̄ aūt intelligunt nō ſunt ſupintellectualia. g nulla reuelatio dr ſupintellectualis. Sz ad hoꝝ cognitiōz habēdā eſt notādū q ſm ſctōs. auguſtinū. gregorium.

dyoniſiũ. ⁊ alios doctores bonos. hoĩ a deo
donãt diuerſi habit⁹ ſupnaturales ad ſuũ
finẽ q̇ eſt ſupnaturalꝰ cõprehẽdendũ vl' cõſe/
quẽdũ. donãt em̃ intellectui habit⁹ ſupna/
turales ad ſuũ finẽ cognoſcendũ. vt fides. ⁊
ſcia diuinoꝝ ⁊c̃. Donãt etiã volũtati ſupna/
turales habit⁹ ad deũ diligẽdũ. vt charitas
ſiue amor gratuit⁹ ⁊c̃. Sꝫ habit⁹ charitatiſ
excellit oẽs habit⁹ ĩtellect⁹ vt fidẽ ⁊ ſpem et
ſciam ⁊c̃. vt expſſe oñdit apl's. i. Co. xiij. vbi
as q̃ deuota meditatio exigit. Hoc eſt. ꝓin
de accipe. ac ſi dicerẽ mediteris. q ita dixit
vel fecit dominꝰ Jeſus. ꝛ ſic de ſimilibus
Tu aũt ſi ex his fructũ ſumere cupis. ita te
p̃ſentẽ exhibeas his que ꝑ dominũ Jeſum
dicta ꝛ facta narrant̃. ac ſi tuis auribus au/
dires. ꝛ oculis ea videres. toto mentis affe
ctu diligẽter delectabiliter ꝛ moꝛoſe omnib;
aliis curis ꝛ ſolicitudinib; tunc omiſſis.
Quare te ꝓcoꝛ dilecta filia vt hunc laboreꝫ
meũ quẽ ad laudẽ domini Jeſu ꝛ tuum ꝓfe
ctum ꝛ meã vtilitatẽ aſſumpſi. letanter ſuſci
pias. ꝛ letantiꝰ deuotius ꝛ ſollicitius te exer
ceas in eodẽ. Initiũ de incarnatione ſumẽ
dum eſt. ſed quedã ipaꝫ preceſſiſſe meditare
poſſumus. tã in celis circa deuꝫ ꝛ angelos
ſuos beatiſſimos. q̃ in terris circa virgineꝫ
glorioſiſſimã que mihi videntur pꝛimuꝰ ex
plicanda. Et id̄ de ipis videamꝰ.

De ſolicita pro nob̃ interceſſione angelo
rum. Capl'm. ij.

c Um ꝑ longiſſima tempa vltra ſpaci
um quinq; miliũ annoꝛũ miſerabi/
liter iaceret genꝰ hũanũ. ꝛ nullꝰ ꝓpter
peccatũ pꝛimi hoĩs aſcẽdere poſſet ad pa
triam. beatiſſimi angelici ſpiritus compati
entes tãte ruine. ac de ſua reſtauratione ſo/
liciti. licet etiã pluries. ꝓmo tamen aduenie
te plenitudine tẽpoꝛis deuotꝰ ꝛ inſtantius
taliter ſupplicarũt domino. ꝓcidentes in fa
cies ſuas ante thꝛonũ eius ſimul omẽs cõ/
gregati. ꝛ dixerũt. Domine placuit maieſta
ti veſtre ꝛ rationalẽ creaturã ſcꝫ hominem.
ꝓpter veſtrã bonitatẽ. vt ip̃e eſſꝫ hic nobiſcũ
ꝛ vt nobis ex ipſo noſtrarũ contingeret re/
ſtauratio ruinarũ. Sed ecce pereũt omnes
ꝛ nemo ſaluat̃. et in tot annoꝛũ curriculis ñ
videmus q de omnib; hoſtes noſtri trium
phant. ꝛ de ipis non noſtre ruine ſed tarta/
ree ſpelunce replent̃. Ut quid ergo domine
naſcũtur. quare tradunt̃ beſtiis anime con
fitentes tibi. ꝛ ſi ſcḋm iuſticiã veſtram hoc fi/
at. tamen miſericoꝛdie tempꝰ eſt. Et ſi pꝛimi
parentes veſtrũ mandatũ incaute trãſgreſ
ſi ſunt. ſubueniat miſericoꝛdia veſtra. Me/
mento te q ad ſimilitudinẽ veſtram creaſti
eos. Aperite dñe miſericoꝛdie manũ veſtrã.

ꝛ implete miſericoꝛditer. oculi omnium ſpe
ctant ad vos. ſicut oculi ſeruoꝛum ad manꝰ
dominoꝝ ſuoꝝ donec miſereamini ꝛ ſubue
niatis remedio ſalutari humano.

De contentiõe inter miſericoꝛdiã ꝛ iuſti/
ciam. veritatem ꝛ pacem.

Capitulum. iiij.

His dictis miſericoꝛdia pulſabat vi
b ſcera patris vt ſubueniret. ſecũ pa/
cem habẽs. Sed cõtradicebat veri
tas. habẽs ſecũ iuſticiam. Et inter eas ma/
gna cõtrouerſia facta eſt prout narrat bea/
tus Bernardꝰ pulcro ꝛ longo ſtilo. ſermõe
primo de annũciatione. Sed ego ſuccincte
vt potero referã ſummã. Frequẽter eñi ipſi/
us dicta melliflua intendo addũcere. ſ ple/
rũq̃ cum exceptione ꝓpter prolixitatẽ vitan
dam. In hoc ergo loco hec eſt dicti ſui ſum
ma. dicebat dña miſericoꝛdia. Nunquid in
eternũ ꝓijcies domine. aut obliuiſceris mi/
ſereri. ꝛ hoc ei longo tempꝫ ſuſurrabat. Re/
ſpondit dominꝰ. Vocent̃ ſoroꝛes veſtre q̃s
contra vos paratas videtis ꝛ eas pariter au
diamus. Quibꝫ vocatis incepit miſericoꝛ/
dia. Eget miſeratione diuina creatura rati
onalis. quoniã miſera facta eſt. ꝛ miſerabi/
lis valde. venit tempꝰ miſerẽdi ꝛ iam prete/
rijt. Ecõtra veritas. Opoꝛtet dñe implere
ſermonẽ quem locutꝰ es. Totus moꝛiatur
adam cũ omnibꝫ qui in eo erant quãdo pre
uaricãdo pomũ guſtauit. Dixit miſericoꝛ/
dia. Ut quid ergo dñe me feciſti. Scit eñi
ipſa veritas ꝙ ego perijſ ſi nunq̃ miſereberꝭ
Ecõtrario ipſa veritas. Si p̄dicarã tuam
ſententiã p̃uaricatoꝛ euaſerit. perijt ꝛ ꝟitas
tua. ꝛ nõ permanet in eternũ. Fuit ergo hec
queſtio miſſa ad filium. Ipſa autẽ veritas ꝛ
miſericoꝛdia corã eo eadẽ dicebant. et adde
bat veritas. Fateoꝛ dñe ꝙ beato zelo moue
tur miſericoꝛdia. ſed nõ ſ̃m iuſticiã que po/
tius p̃uaricatoꝛi vult parcere q̃ ſoroꝛi. At
miſericoꝛdia. Tu neutro parcis ꝛ tanta in
dignatiõe ſeuis cõtra preuaricatoꝛẽ vt inuol
uas pariter ꝛ ſoroꝛẽ. Sed nihilominꝰ veri/
tas foꝛtiſſime allegat. Dñe contra te q̃ que/
ſtio intoꝛquet̃. ꝛ eſt cauendũ ne verbum pa/
tris euacuet̃. Dixit pax. Parcite vobis a ꝟ
bis iſtis. virtutũ non eſt honeſta contentio
Vides controuerſiã magnã ꝛ rationes foꝛ
tes ꝛ efficaces. Nõ videbat̃ quomodo circa
hominẽ poſſent ꝛ miſericoꝛdia ꝛ veritas cõ
ſeruari. Scripſit aũt rex ſententiã. quã pa/
ci que ꝓpinquius ei ſtabat dedit legendã. ſic
continentẽ. Hec dicat Perijt ſi adam nõ mo
riatur. Et hec dicit. Perijt ſi nõ miſericoꝛdi/
am conſequat̃. Fiat moꝛs bona. ꝛ habent
vtrique qḋ petũt. Obſtupuerũt oẽs in ꝟbo ſa/
pientie ꝛ ꝯſenſerũt ꝙ moꝛiat̃ adã miaꝫ ꝯſeq̃n/
do. Sꝫ q̃rũt quõ moꝛs p̃t fieri bõa. cũ hoꝛ/
ribilis ſit ipſo auditui. Rñdit rex. Moꝛs pec
catoꝝ peſſima. ſꝫ moꝛs ſctõꝝ p̃cioſa ꝛ ianua
vite. Inueniat̃ qui ex charitate moꝛiat̃. non
obnoxius moꝛti. ꝛ ſic moꝛs non poterit te/
nere innoxiũ. ſed faciat in ea foramen ꝑ qḋ
tranſeãt liberati. Placuit ſermo. Sꝫ vbi ta
lis poterit inueniri reſpõderunt. Redijt er/
go veritas ad terrã. ꝛ miſericoꝛdia remãſit
in celo. Nam iuxta prophetiã. Dñe in celo
miſericoꝛdia tua ꝛ veritas tua vſq̃ ad nu/
bes. ꝛ circuit oꝛbẽ terraꝝ. Et nemo mũdus
a ſoꝛde nec infans vnius diei. Sed a miſe/
ricoꝛdia pluſtratur celũ ꝛ neminẽ inuenit q̃
ſufficientẽ ad hoc habeat charitatẽ. Omnes
enim ſerui ſumꝰ. ꝛ qui cũ bene fecerimus di
cere debemꝰ. quia inutiles ſerui ſumus. Et
cũ nullus inueniret̃ qui maioꝛẽ charitatem
haberet vt animã ſuã pro ſeruis inutilibuſ
poneret. redeũt ad conſtitutã d. ẽ anxie plu/
rimũ. nõ inuento qḋ deſiderabãt dixit pax.
Vos neſcitis quicq̃ nec cogitatis. non eſt
qui faciat bonũ. non eſt vſq̃ ad vnũ. ſed qui
dedit conſiliũ ferat auxiliũ. Intellexit hoc
rex ꝛ ait. Penitet me feciſſe hominẽ. Penitẽ
tiam me agere opoꝛtet ꝓ homine quẽ crea/
ui. Et vocato gabriele dixit. Vade dic filie
ſyon. Ecce rex tuus venit. Hucuſq̃ Berñ.

Vides ergo q̃ magni periculi fuit et eſt
peccatũ. ꝛ q̃ magna difficultas eſt remediũ
inuenire. In hoc ergo conſenſerũt predicte
virtutes p̃cipue in perſona filij. Nam perſo
na patris aliqualiter videt̃ terribilis ꝛ po/
tens. ꝛ ſic ſuſpicari qḋammodo potuiſſent
pax ꝛ miſericoꝛdia. Perſona vero ſpiritus
benigniſſima eſt. ꝛ ſic ſuſpicari poterant ve/
ritas ꝛ iuſticia. Unde perſona filij tanq̃ me
dia accepta eſt ad hoc remedium faciẽdum
hoc autẽ non ꝓprie. ſed appropriate intelligat̃
Tunc ergo impletũ eſt illud propheticum
Miſericoꝛdia ꝛ veritas obuiauerunt ſibi.
iuſticia et pax oſculate ſunt. Et hec de his
que in celis contingere potuerunt poſſumꝰ
meditari.

De vita Marie virginis ꝛ ſeptem petiti
onibus eius.

Capitulũ. iiij.

c Irca virginem ex qua incarnatio facta fuit meditari poſſumus vitã ipſius. Unde ſcire debes ꝙ dum eſſet triũ annorũ fuit a parentibus oblata in templum. et ibi ſtetit vſqꝫ ad decimũquartũ annum. Quid autẽ ibi fecerit ſcire poſſumus ex reuelationibꝫ ſuis factis cuidam ſue deuote. Et creditur ꝙ fuit ſancta Elizabeth. cuius feſtuz ſolenniter celebramus. In quibꝫ hec inter alia continentur. Cum inquit pater meus ⁊ mater mea me dimiſerũt in templo. ſtatui ĩ corde meo habere deũ in patrem. ⁊ deuote ac frequenter cogitabam quid poſſem facere deo gratuz vt dignaretur mihi dare gratiam ſuã et feci me doceri legẽ dei mei. Ex omnibꝫ preceptis diuine legis tm̃ tria precepta precipue ſeruaui in corde meo. videlicet Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo. et ex tota anima tua. et ex tota mente tua. et ex omnibus viribus tuis. Item diliges proximuz tuum ſicut teipm̃. Item habebis odio inimicum tuũ. Iſta inquit ſeruaui in aĩo meo et ſtatim om̃es virtutes comp̃hendi que in ipſis continẽtur. et ita volo te facere. Aĩma autẽ aliquam virtutez habere non poteſt ſi deũ toto corde non diligat. Ab iſto ei amore deſcẽdit om̃is gratie plenitudo ſine qua nulla virtus ĩ aliquã deſcẽdit. nec ꝑſeuerat in anima. ſed fluit vt aqua niſi ſuos inimicos. id eſt. vicia et peccata habuerit odio Qui vult ergo ſuã gratiam habere et poſſidere. oportet eũ cor ſuum ad amorẽ et odium ordĩare. Uolo ergo te facere vt faciebã ego. Surgebã enim ſemꝑ in noctis medio ⁊ pergebã ante altare templi. ⁊ tanto deſiderio ⁊ tanta voluntate ⁊ tanta affectione q̃nta poterã ⁊ ſciebam petebã gratiam ab omnipotenti deo obſeruãdi illa tria precepta. ⁊ om̃ia alia mandata legis. Et ſic ſtando ante altare ſeptem petitiões domino faciebam que ſunt he. Primo enim petebam gratiã qua poſſem implere dilectionis preceptum. ſcilicet ipſum diligere ex toto. ⁊c̃.

Secundo petebaz gratiam qua poſſem diligere proximũ ſcḋm voluntatem ⁊ beneplacitum ſuũ. ⁊ vt faceret me amare omnia que ipſe amat ⁊ diligit. Tertio petebaz vt me faceret odire ⁊ fugere omnia que odit.

Quarto petebã humilitatem. patientiã. benignitatẽ. ⁊ manſuetudinẽ. ⁊ omnes virtutes per quas efficerer gratioſa ante conſpectum ſuũ Quinto petebã vt faceret me videre tempus in qua eſſet nata illa beatiſſima virgo que debebat filiũ dei parere. et vt conſeruaret oculos meos vt poſſem eã videre. linguã vt poſſem eam laudare. manus vt poſſem ei ſeruire. pedes vt poſſem ire ad ſeruitiũ ſuum. genua vt poſſem adorare dei filium in gremio ſuo. Sexto petebã gratiam obediendi mandatis ⁊ ordinationibꝫ pontificis templi. Septimo petebam vt templũ ⁊ vniuerſum populũ ſuũ ad ſeruitium ſuũ conſeruaret His auditis dixit ancilla chriſti. O dulciſſima domina non eratis vos gratia ⁊ virtutibꝫ plena. Reſpondit beata virgo. Pro firmo ſcias ꝙ ita me reputabam reã vt viliſſimam ⁊ gratia dei indignam ſicut tu. Propterea petebã ſic gratiam ⁊ virtutes. Et iterũ. Filia tu credis ꝙ omnem gratiã quã habui habuerim ſine labore ſed non eſt ita. immo dico tibi ꝙ nullam gratiã donum vel virtutẽ habui a deo ſine magno labore. continua oratione. ardenti deſiderio. ꝓfunda deuotione. multis lachrimis. ⁊ multa afflictione. dicendo. cogitãdo ſemper placita ſibi ſicut ſciebam ⁊ poteram excepta ſanctificatiõis gratia qua ſanctificata fui in vtero matris. Et addidit. pro firmo ſcias ꝙ nulla gratia deſcendit in aĩam niſi per orationẽ ⁊ corporis afflictionem.

Poſtꝙ autẽ dedimus deo que per nos poſſumus licet ſint pauca ipſe venit in animaz ſecum ferẽs iſta altiſſima dona ꝙ videt̃ anima in ſeipſa deficere. ⁊ perdit memoriam. ⁊ non recordat̃ ſe feciſſe vel dixiſſe aliquid deo gratum. ⁊ tũc videt̃ ſibiipſi vilior ⁊ deſpectior ꝙ̃ vnꝙ̃ fuerit. Hucuſqꝫ de dictis reuelationibus. Beatꝰ vero Hieronymus d̃ vita ipſiꝰ ſic ſcribit. Hãc ſibi regulã beata virgo ſtatuerat. vt a mane vſqꝫ ad horam tertiam orationibus inſiſteret. A tertia vſqꝫ ad nonam externo ope ſe occuparet. A nona vero iterũ ab oratione nõ recedebat quouſqꝫ dum illi angelus appareret. de cuius manu eſcam accipere ſolebat. ⁊ meliꝰ in dĩ opere ⁊ amore proficiebat. Fiebat vt in vigilijs inueniretur prior. in ſapientia legis dei eruditior. in humilitate humilior. carminibus dauiticis elegantior. in charitate glorioſior in puritate purior. in omni virtute perfectior. Erat enim conſtans ⁊ immobilis. ⁊ cum quotidie melius tranſiſſet hanc iraſcentem

nullus vel vidit vel audiuit. Omnis ſermo
eius ita erat gratia plenus. vt cognoſceret̄ i
lingua eius deus. Semꝑ in oratione et in
ſcrutatione legis dei permanebat. Et erat
ſolicita circa ſocias ſuas ne aliqua ex eis in
vllo ſermone peccaret. ne aliqua in riſuꝫ vo
cem ſuam exaltaret. ne aliqua iniurias aut
ſuperbiā contra parem ſuaꝫ exerceret. Si/
ne intermiſſione benedicebat deum. ⁊ ne for
te in ſalutatione ſua a dei laudibus tollere/
tur. ſiquis eam ſalutabat. illa pro ſalutatio/
ne ſua deo gratias reſpondebat. Deniqꝫ
primū ex ipſa exijt vt dum ſalutant̄ homīeſ
ſancti deo gratias dicant. De eſca quam
de manu angeli accipiebat. ipſa reficiebat̄.
Quā vero a pōtificibus templi accipiebat.
pauperibus erogabat. Quotidie videbat̄
ei angelus loqui. ⁊ quaſi chariſſime ſorori
vel matri obtēperabat ei. Hucuſqꝫ Hiero/
nymus. In decimoquarto autem anno
fuit beata virgo maria deſponſata Joſeph
per diuinā reuelatōnē. ⁊ redijt in nazareth
quod qualiter fuerit factū inuenies in legē
da de natiuitate ſua. Et hec ſunt que ante i
carnationē domini Jeſu poſſumus medi/
tari. ipſa rumines bene ⁊ delecteris in eis. to
to affectu ea memorie commēdando ⁊ ope/
re adimplendo quia deuotiſſima ſunt. Nūc
ad incarnatiōem veniamus.

De incarnatione chriſti
Capl'm quintum

p Oſtq̄m autem venit plenitudo tē
poris vel deliberaſſet. quomodo
ordinauit ſumma trinitas huma/
no generi prouideri per incarnationem ꝓ/
bi propter nimiā charitatem ſuam qua ip/
ſum genus humanū diligebat commouen/
te eum miſericordia ſua. ⁊ nihilominus ad
inſtantiam ſupernorū ſpirituū ⁊ beata vir/
go Maria rediſſet nazareth. vocauit deus
omnipotens Gabrielē archangelum et di/
xit ei. Uade ad dilectiſſimā filiam noſtram
Mariā deſponſatam Joſeph. ſuper om̄es
creaturas nobis chariſſimā. et dic ei ꝙ fili/
us meus concupiuit ſpeciē ſuam. et ſibi eaꝫ
elegit in matrem. ⁊ roga eam vt ipſum letā/
ter accipiat. quia per eam ſalutem toti⁹ ge/
neri humani operari decreui. ⁊ obliuiſci vo
lo iniurie mihi facte. Attende hic ⁊ recor/
dare que tibi in principio ſupra dixi. vt di/
ſcas omnibus que dicunt̄. ⁊ fiunt te exhibe

re preſentem. Hic ergo imagineris ⁊ aſpicīs
as deum vt potes. quia incorporeus eſt. ſꝫ
aſpice eum tanq̄m magnū dominū ſedentē
in ſolio excelſo. vultu benigno. pio. et pater/
no quaſi reconciliare volentem. ſiue recon/
ciliatum eſſe. Hec verba dicentē. ⁊ Gabrie/
lem facie hilari ⁊ iocunda flexis genibus et
inclinato vultu timoroſo ⁊ reuerenti amba
ſiatam domini ſui attente ſuſcipientem.

Surgēs igitur gabriel iocundus ⁊ gau
dens volitauit ab altis ⁊ in humana ſpecie
in momento fuit coram virgine Maria in
thalamo domuncule ſue manente. Sꝫ nec
cito ſic volauit quin preueniret̄ a deo. ⁊ ſan/
ctam ibi trinitatē inuenit. que preuenit nun
cium ſuū. Scire namqꝫ debes ꝙ excelſum
incarnationis opus totius trinitatis fuit.
licet ſola perſona filij fuerit incarnata. quē/
admodū ſicut tunicam induenti duo ex la/
teribus eius ſtantes adiuuarēt eum et tu/
nice manicas tenerent. Nunc ergo et hic
bene aſpice ⁊ tanqꝫ ipſi facto preſens exiſte/
res intellige omnia que dicunt̄ ⁊ fiunt. O
qualis fuit ⁊ nunc eſt in meditatione tua illa
domuncula vbi tales ſunt ⁊ talia exercētur
Nam licet vbiqꝫ ſit ſancta trinitas. tamē ibi
nunc aliquo ſingulari modo eſſe mediteris
ratione ſingularis operationis. Ingreſ/
ſus ergo Gabriel paranymph⁹ fidelis ad
virginē mariam dixit. Aue gratia plena do/
minus tecū. Benedicta tu in mulieribus.
Ipſa vero turbata nihil reſpondit. Non fu
it turbata turbatione culpabili. nec de viſi/
one angeli. quia eos ſepe videre ſolita erat.
ſed iuxta verba euangelij turbata fuit ī ſer
mone eius cogitans de nouitate talis ſalu/
tationis. Non enim ſic eā conſueuerat ſalu
tare. In qua ſalutatione cum videret ſe de
tribus cōmendari. nō poterat humilis dn̄a
non turbari. Cōmendabat̄ em̄ ꝙ eſſet gra/
tia plena. ⁊ ꝙ domin⁹ erat tecū. ⁊ ꝙ erat bn̄/
dicta ſuꝑ omnes mulieres. At humilis nō
poteſt ſui cōmendatiōem ſine rubore ⁊ tur/
batione audire. Turbata ergo fuit ex vere/
cundia honeſta ⁊ virtuoſa. Cepit etiā time/
re an h̄ eſſet verꝫ. nō ꝙ n̄ crederet angelū ꝓa
loqui. ſꝫ ex eo ꝙ ꝓpriū eſt in humilib⁹ ꝙ non
examinānt ſuas ꝟtutes ſꝫ defectus pot⁹ ru/
minānt. vt ſic ſp̄ ꝓficere poſſint reputātes ma
gnā ꝟtutē puā. ⁊ puū defectū magnū valde
Tāqꝫ ꝗ prudēs ⁊ cauta pauida ⁊ pudoroſa
nihil r̄ſpōdit. Quid eni r̄ndiſſet. Diſce et tu

exemplo ſuo tenere ſilentiū ⁊ taciturnitatē
amare. quia magna ⁊ vtilis valde talis vir/
tus eſt. Nam ipa bis prius audiuit ꝙ ſemꝫ
reſponderet. Abominabile enī eſt virginē
eſſe loquacē. Angelus enī cauſam ſue dubi
tationis cognoſcēs dixit. Ne timeas Ma/
ria. nec verecūderis de laudibꝫ quas dixi ti/
bi. quia ſic eſt veritas. Nec ſoluꝫ ipſa gratia
plena. ſed eā toti generi humano recuꝑaſti
⁊ reinueniſti a deo. Nā ecce concipies ⁊ pa/
ries altiſſimi filiū. qui te elegit in ſuā mrēm.
ſaluabit oēs in eū ſperātes. Tunc ipſa re
ſpondit. nō tamē conſitēdo nec negādo cō/
mendationes ꝑfatas. ſed de alio certificari
volens de quo modo plus dubitabat. ſ. ne
perderet virginitatē ſuaꝫ. Queſiuit ergo ab
angelo huiꝰ cōceptionis modū dicēs. Quō
fiet iſtō. que virginitatē meā firmiſſime do/
mino meo deuoui. nec in perpetuū hoīem
cognoſcā. Et angelus. Fiet ꝑ operationē
ſpiritusſancti. qui te ſingulari modo reple/
bit. ⁊ eius virtute cōcipies ſalua tibi virgini
tate tua. ⁊ ideo filiꝰ tuus vocabiť filius dei.
Nihil enī ei eſt impoſſibile. Nam elizabeth
cognata tua cū eſſet ſenex ⁊ ſterilis. iam ſūt
ſex menſes ꝙ filiū virtute dei cōcepit. In/
tuere hic ꝓ deo ⁊ meditare qualiter tota tri/
nitas eſt ibi expectās reſponſionē ⁊ ꝯſenſuꝫ
huius ſue filie ſingularis. amāter ⁊ delecta
biliter aſpiciens verecundiā eius et mores
⁊ verba. Et etiā qualiter angelus diligēter
⁊ ſapienter inducat eā. ⁊ ordinat verba ſua.
ſtans inclinatus et reuerēs coram dn̄a ſua
vultu placido ⁊ ſereno. fideliter exequēs am
baſiatā ſuam. ⁊ attēte obſeruans verba do
mine vt poſſit congrue reſpondere. et ſuper
hoc opere mirifico perficere dn̄i volūtatem.
Et qualiter etiā domia ſtat timorate ac hu/
militer facie pudoroſa preuenta ab angelo.
⁊ ex improuiſo in verbis iſtis nō extollitur
neqꝫ ſe reputat. Et cū audit magnalia de ſe
qualia alicui nunqꝫ dicta fuerunt totuꝫ di/
uine gratie aſcribebat. Diſce ergo eiꝰ exem/
plo eſſe pudoroſa ⁊ humilis. quia ſine his ꝟ/
ginitas parū valet. Gaudet prudentiſſima
virgo ⁊ auditis verbis angeli conſenſit. Et
vt in ſuis reuelationibꝫ continetꝛ ꝓfūnda de
uotione genuflexit. ⁊ iunctis manibꝫ dixit.
Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſcḋm verbum tuū.
Tūc filius dei ſtatim totus ⁊ ſine mora intra
uit vterum ꝟginis. ⁊ ex ea carnem aſſūpſit.
⁊ totus remanſit in ſinu patris. Potes au/
tem pie imaginari qualiter ipſe filius tanqꝫ
obedientiā ⁊ laborioſam legationē ſuſcipi/
ens. patri ſe inclinauit ⁊ recōmendauit. ⁊ in
eodem inſtanti anima creata ⁊ infuſa fuit. ꝑ
fectus homo ſcḋm oīa corporis lineamēta
ſed paruulus valde. ita ꝙ i vtero poſtea na/
turaliter creſcebat vt alij. ſed non fuit dilata
infuſio anime vel membroꝝ diſtinctio vt ī
alijs. Erat enī perfectꝰ deus ſicut perfectus
homo. ⁊ ita ſapiēs ⁊ potens vt eſt modo.
Gabriel aūt tunc cū domina ſua ſimiliť ge/
nuflexit. ⁊ parū poſt cum ea ſurgens ſe iterū
inclinans vſqꝫ ad terrā ⁊ valefaciens ei diſ/
paruit. ⁊ ad patriā rediens hoc narrauit. et
fuit ibi nouū gaudiū ⁊ nouū feſtum ⁊ exul/
tatio magna nimis. Dn̄a vero tota inflam/
mata ⁊ in amore dei magis ſolito ſuccenſa.
ſentiēs ſe concepiſſe genibꝫ flexis grās egit
de tanto dono. humiliter ⁊ deuote ſupplicās
eidē vt eam dignaretꝛ inſtruere. ita ꝙ in his
que circa filiū ſuum faciēda occurrerēt. fa/
ceret ſine defectu. Conſiderare autē de/
bes quanta eſt hodierna ſolennitas. ⁊ iubi/
lare in corde tuo ⁊ agere dies leticie. Inau/
dita eſt enī vſqꝫ modo a ſeculis nec vnqꝫ fu
erat. Talis nāqꝫ hodie eſt ſolennitas dī pa/
tris qui nuptias fecit filio ſuo in deſponſa
tione humane nature quā hodie filius ſibi
vniuit inſeꝑabiliter. Hodie eſt ⁊ ſolennitas
nuptiaꝝ filij ⁊ dies natalis eius in vtero. ſꝫ
poſtea erit ex vtero. Hodie eſt ſolēnitas ſan
ctiſpiritꝰ. propter hoc opus mirificum ⁊ ſin
gulare ipſiꝰ incarnationis. quod eidē attri/
buitur. ⁊ hodie incepit oſtēdere benignitatē
ſingularē humano generi. Hodie eſt ſolēni
tas glorioſa dn̄e noſtre que a patre in filiaꝫ
a filio in matrē. ⁊ ſpiritusſancto in ſponſam
eſt recognita ⁊ aſſumpta. Hodie eſt ſolenni
tas totiꝰ celeſtis curie. quia inchoatur eorū
reparatio. Hodie eſt multo magis ſolenni/
tas humane nature quia eius ſalus incepit
⁊ redemptio. ⁊ totius mūdi reconciliatio. et
ſublimata eſt atqꝫ deificata. Hodie nouam
obedientiā ſuſcepit filius a patre de noſtra
peragenda ſalute. Hodie a ſummo celi egre
diens exultauit vt gygas ad currendum vi
am ⁊ ſe recluſit in orto vteri virginalis.
Hodie etiaꝫ factus eſt vnus ex nobis ⁊ fra
ter noſter. et cepit peregrinari nobiſcum.
Hodie de celo lux ꝟa deſcēdit ad tollēdas ⁊
fugādas nr̄as tenebras. Hodie panis viuꝰ q̄
dat vitam mūdo decoquitur in virginalis

vteri dibano. Hodie verbū caro factum eſt
vt babitaret in nobis. Hodie clamores et
deſideria patriarcharū ꝛ prophetarū exau/
dita ſunt ꝛ impleta. Clamabāt deſiderio in
enarrabili ꝛ dicebāt. Emitte agnū domine.
ꝛc. Et iterū. Rorate celi deſuper. Et iteruꝫ
Utinā dirūperes celos ꝛ deſcēderes. Et ite
rum. Dñe inclina celos tuos ꝛ deſcēde. Et
iterum. Dñe oſtēde nobis faciē tuam ꝛc. Et
talia mlta de quibꝰ tota ſcriptura eſt plena.
Nam bodiernā diē vehementiſſime expe/
ctabant. Hodie eſt principiū ꝛ fundamen/
tum omniū ſolennitatū ꝛ initiū totiꝰ noſtri
boni. Nā vſqꝫ nūc indignatꝰ eſt dominꝰ cō/
tra genꝰ humanū ꝓpter tranſgreſſionē ꝓmo
rum parentū. ſed ammodo vidēs filiū ho/
minē factū non vlteriꝰ iraſcet. Hodie dicit
eſſe tempis plenitudo. Uides admirabile
opus ꝛ ꝙ ſolenniſſimū factū ſit iſtud. totum
eſt delectabile. totū iocundū. totum deſide/
rabile. ꝛ cū omni deuotiōe ſuſcipienduꝫ. in
iubilatiōe. leticia ꝛ exultatione ducendum ꝛ
omni veneratiōe digniſſimū. In his ergo
meditare. in his delectare ꝛ iocūdaberis. et
forte oſtēdet tibi dñs ampliora ꝛc.

Quomodo beata virgo viſitauit Eliza/
bet. Et quomodo Magnificat ꝛ Benedi/
ctus facta fuerunt.

Capitulum ſextum.

[P]oſt hec recogitās domina verborū
angeli que dixit de cōſobrina ſua eli
zabeth. eā viſitare ꝓponit ad congra
tulandū eidē. ac etiam ſeruiendū Iuit ergo
vna cū Joſeph ſpōſo ſuo a nazareth ad do
mū ipſiꝰ que diſtabat a hieruſalē per q̄ttuor
decim vel q̄ndecim miliaria vel circa. Non
ergo retardat aſperitate vel longinquitate
vie. ſed cū feſtinatione iuit. quia nolebat diu
i publico videri. Et ſic non erat exceptu fi
lij aggrauata. vt alijs mulieribꝰ ꝯtingit. nō
enim fuit dominꝰ Jeſus oneroſus matri.
Conſpice ergo hic quomodo vadit ſola
cum ſpōſo ſuo regina celi ꝛ terre. ꝛ nō eques
ſed pedes. nō ducit frequentiā militum vel
baronū. nō camerariū ꝛ domicellarū comi/
tiuam. Uadūt autē cū ea paupertas. humili/
tas ꝛ verecūdia. omniūqꝫ virtutū honeſtas
Eſt ꝛ dominꝰ ſecū magnā ꝛ honorabilē co/
mitiuā babēs. ſed nō ſeculi vanā ꝛ pōpoſaꝫ.
Cū aūt intrauit domū ſalutauit elizabeth.
dicēs. Salue ſoror mea elizabeth. Illa ℣o
exultās ꝛ tota exhilarata. ꝛ accēſa ſpirituſā/
cto ſurgit ꝛ amplectat eā tenerrime. ꝛ excla/
mās ꝓ gaudio dixit. Bñdicta tu int mulie
res ꝛ benedictꝰ fructus vētris tui. Et vnde
hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me ꝛc.
Cū em̄ virgo ſalutauit elizabeth repletꝰ eſt
in vtero Johānes ſpūſancto. repleta eſt eti
am ꝛ mater. Nec priꝰ replet mater ꝙ filꝰ. ſꝫ
filiꝰ repletus. replet ꝛ matrē. non quidem in
aīma matris aliq̄d efficiendo. ſed ꝑ ſpm̄ſan
ctum aliq̄d in ea fieri ꝓmerendo. eo ꝙ i ipſo
ſpūſancti gratia affluētior refulgebat ꝛ pri
or gratiā ſenſit. Et ſicut illa Mariā. ſic ille
aduentū dñi ſenſit. ꝛ ideo exultauit. ꝛ illa ꝓ/
phetice locuta eſt. Uide quāta virtus ſit in
verbis dñe. quia ad eoꝝ ꝓnunciationē ꝯfer
tur ſpūſanctꝰ. Sic em̄ abundāter ipſa trat
plena ꝙ eiꝰ meritis ipe ſpirituſanctꝰ etiam
alios replebat. Reſpōdit autē maria ad eli/
zabeth dicēs. Magnificat aīma mea dñm
ꝛc. totū ibidem cōplens canticū iocūditatꝭ
ꝛ laudis. Deinde ſe ad ſedendū ponerēt. do
mina humilima ad inferiorē locū ſe poſt ad
pedes elizabeth. ſed illa in cōtinēti exurgēs
ꝛ hoc nō patiēs erexit eā ꝛ pariter ꝯſederūt
Querit aūt dña de modo ſue cōceptionis ꝛ
elizabeth de modo ſue. Et hec ſibi ītuicem
narrant letāter. ꝛ laudāt deū de vtraqꝫ con/
ceptiōe. ꝛ in gratiarūactione ꝯſiſtunt ꝛ agūt
dies leticie. Et ſtetit ibidē dña quaſi menſi
bus tribꝰ miniſtrās ꝛ ſeruiēs ei in omnibus
que poterat. humiliter. reuerēter. ꝛ deuote.
quaſi oblita ſe matrē dei eſſe ꝛ totius mūdi
reginā O qualis domꝰ. qualis camera. qua
lis lectus. in qua ꝛ quo pariter cōmorātur ꝛ
requieſcūt. tales matres talibꝰ filijs fecūda
te. maria ꝛ elizabeth ieſus ꝛ iohānes Sūt
ꝛ ibi magnifici ſenes. ſ. Zacharias ꝛ ioſeph.
Aduenīēte ergo tempe ſuo ꝑpit Eliza/
beth filiū quē dña leuauit a terra. ꝛ diligen/
ter aptauit vt expediens erat. Paruulꝰ autē
ipſam quaſi intelligēs aſpiciebat. ꝛ cum euꝫ
matri porrigere vellet. caput ad eam verte/
bat ꝛ in ea ſolū delectabatur. ꝛ ipſa letanter
colludebat eidem. amplexabat ꝛ oſculaba/
tur iocunde. Conſidera magnificentiā Jo
hannis. Nullꝰ vnq̄m talem baiulam habu
it. Multa alia magna priuilegia reperiun/
tur de ipſo quibꝰ non inſiſto ad preſens. Die
autem octauo circumciſus eſt puer. ꝛ voca/
tus eſt Johannes. Et tunc apertū eſt os za
charie ꝛ ꝓphetauit dicēs. Benedictus do/
minus deus iſrael. ꝛc. Et ſic in domo illa S

duo cantica pulcerrima.ſcꝫ Magnificat et
Benedict⁹ facta fuerūt. Domina ꝑo ſtans
poſt aliquā cortinā ne videret̃ ab hominibꝫ
qui cōuenerāt ad circumciſionē Johis au/
ſcultabat attēte ad canticū illud in quo de
filio ſuo fiebat mentio. ⁊ oīa cōferebat in
corde ſuo ſapiētiſſime. Tandē valefaciens
elizabeth ⁊ zacharie. ac benedicens Joban
ni rediit ad domū ſue habitatiōis in Naza
reth. In qua reuerſione paupꝫtatē eius ad ī
uicem reuoca. Redit enī ad domū in qua
nec panē nec vinū nec alia neceſſaria eſt in/
uentura. Sed nec poſſeſſiōes habebat nec
pecuniā. Stetit bis tribꝫ menſibꝫ apud il/
los forte opulētos. Nūc autē redit ad paup
tatem ſuā. ⁊ vt ꝓpriis manibꝫ laborando vi/
ctum ꝓcuret. Cōpatere ſibi ⁊ in amorē pau/
pertatis accēdere.

Quomodo Joſeph voluit dimittere ma
riam. ⁊ quomodo de⁹ ꝑmittit ſuos tribula/
ri. Capitulū. vii.

Cum autē ſimul habitarēt domina
⁊ ſpōſus eius Joſeph ⁊ creſcēte Je
ſu in vtero matris. ꝑpendēs ioſeph
ſpām grauidā eſſe. doluit vltra modū. At/
tende hic bene quia mlt̃a pulcra diſcere po/
teris. Si dubitas quare domin⁹ voluit
matrē ſuā habere virū cū ſemꝑ vellet eā vir/
ginem eſſe. Reſpōdet̃ ꝑpter tria. vt ſcꝫ ne gra
uida infamaretur. vt viri miniſterio ⁊ ſocie
tate frueret̃. Et vt diabolo partus filii dei
occultaret̃. Cōſpiciebat ergo Joſeph cōiu/
gem ſuā ſemel ⁊ pluries. dolebat ⁊ turbaba/
tur. ⁊ eidē vultū oſtēdebat turbatū. et ocu/
los auertebat ab ea tanꝙ a mala. ſuſpicanſ
eam ex adulterio cōcepiſſe. Uides ꝙmo/
do de⁹ permittit ſuos tribulatiōibus vexa/
ri ⁊ temptari ad ipſorū coronā. Cogitabat
autē eā occulte dimittere. Uere de hoc dici
poteſt ꝙ eius laus eſt in euāgelio. Dicit̃ enī
ibi ꝙ erat vir iuſtus. magne nāqꝫ virtutis
erat. Cū enī cōmuniter dicat̃ ꝙ quaſi ſum/
me verecūdie. doloris. ⁊ furoris ſit viro. ad/
ulterium vxoris. tamen ipe virtuoſe ſe tem
perabat ⁊ accuſare nolebat. patienter hanc
magnā pertrāſibat iniuriā. non ſe vindicāſ
ſed pietate victus cedere volens. occulte vo
lebat eam dimittere. Sed nec domina per
tranſiuit abſqꝫ tribulatione. perpendebat
enim ⁊ videbat eū turbatū. ⁊ de hoc etiam
ipſa turbabat̃. Humiliter tamen tacebat ⁊
occultabat donum dei. Potius volebat re

putari vilis ꝙ ipſum ſacramētū dei ꝑpalare
⁊ de ſe aliquid loqui quod ad iactantiā pu/
taretur pertinere. Rogabat autē dominum
vt ipe remediū apponere dignaret̃. et hanc
ſibi ⁊ viro ſuo tribulationē auferret. Uideſ
ꝙ magna tribulatio ⁊ anxietas erat eis. ſed
domin⁹ ꝓuidit vtriqꝫ. Miſit ergo angelū
ſuū qui dixit ioſeph in ſomnis ꝙ vxor eius
de ſpiritu ſancto cōceperat ⁊ vt confident̃ ⁊
gaudēter ſtaret cū ea. Unde tribulatōe ceſ/
ſante rediit conſolatio magna. Sic et no/
bis contingeret ſi in tribulationibꝫ patien/
tiā habere ſcirem⁹. Nā deus poſt tempeſta
tem tranquillū facit. Nec dubitare debe[mus]
quia nō permittit eas ad ſuos venire niſi ꝓ
vtilitate eoꝝ. Queſiuit Joſeph de hac con/
ceptione mirifica que ei dña diligenter nar
rauit. Remanet ergo ⁊ ſtat Joſeph gaudēs
cū ſua cōiuge benedicta Et vltra ꝙ dici poſ
ſit eam caſto diligit amore. ⁊ curā ipſi⁹ fide/
liter gerit. ⁊ domina cū eo cōfidenter mora
tur. ⁊ in ſua paupꝫtate letanter viuūt. Stat
ergo domin⁹ Jeſus recluſus in vtero vſqꝫ
ad menſes nouē more alioꝝ. Stat benigne
ac patienter ſuſtinet ⁊ expectat tempus de/
bitum. Cōpatere ſibi ꝙ ad tantā humilita/
tis ꝓfunditatē deuenit. Multū ergo debe/
remus hāc affectare virtutē. nec vnꝗ debe/
remus ad elationē vel ad noſtri reputatio/
nem tumeſcere. quādo tātū ſe inclinauit do
min⁹ maieſtatis. Et de hoc ſecundo benefi
cio huius tam ꝓlixe pro nobis recluſionis.
nunꝗ ei digne poſſemus ſatiſfacere. Sed
ſaltim corde hoc cognoſcam⁹ et gratias ei/
dem toto affectu agamus. ꝙ nos ex aliis aſ
ſumere dignatus eſt. vt vel hoc modicū re/
pendam⁹ eidē vt recluſi ſtemus ad ſeruiti/
um ſuū. Ipſi⁹ quippe beneficium eſt hoc. nō
noſtrū meritū. ⁊ quidē permaximū multūqꝫ
acceptabile ac venerabile eſt. Nō enī ad pe/
nam ſed ad tutelā recluſi ſumus ⁊ in arce re
ligionū tutiſſima collocati. Ad quam hui⁹
nequiſſimi mūdi venenoſe ſagitte vel tumul
tuoſi maris procelle. niſi noſtra temeritate
attingere non poterūt Conemur ergo to
to poſſe mente recluſa ⁊ abſtracta ab omni
bus caducis eidem cordis puritate vacare
quia corporalis recluſio nihil aut parum ſi
ne mentali prodeſt. Eidem etiam domino
Jeſu in hoc compatere ꝙ eſt in continua af
flictione. Et fuit a ſue conceptionis ꝓmor/
dio vſqꝫ ad mortē. ex eo ſcꝫ ꝙ patrem quem

pro [illegible] reclusi [illegible]
et nos ut admodicum rependamus eidem
ut reclusi stemus ad servitium suum

ſumme diligebat cognoſcebat ꝓpter idola re linqui a peccatoribꝫ ⁊ inhonorari. ⁊ ex compaſſione quã habebat ad aĩas ad imaginez ſuã creatas q̃s cernebat miſerabiliter et q̃ſi vniuerſaliter dãnari. ⁊ erat ſibi maior pena q̃ fuerit paſſio corpalis. Nam ꝓpter hãc tolerãdã ſuſtinuit illã. Uides q̃ pulcra fercula hic tibi ꝑpinata ſunt. ſi vis eoꝝ ſentire dulcedinem. ea rumina diligẽter ⁊ ſepe.

Secunda feria

De natiuitate xp̃i ⁊ aliis. Capl'm. viij

**Dueniente autez** a nouẽ menſiũ termino. exiit edictuz ab imꝑatore vt deſcriberet̃ vniuerſus orbis. ſcꝫ quilibet in ciuitate ſua. Cũq̃ ioſeph ire vellet in ciuitatẽ ſuã ſcꝫ bethleez. ⁊ ſciret inſtare tempꝰ partꝰ ſue ↄiugis. duxit eam ſecũ. Uadit ḡ iterũ dñã hoc lõgo itinere. Nã bethleẽ eſt ꝓpe hieruſalẽ ꝑ q̃nq̃ vl' ſex miliaria. Ducũt autẽ ſecũ bouẽ ⁊ aſinum. ⁊ vadũt ſicut paupes mercatores beſtiarum. Cũ aũt fuerũt in bethleẽ. quia paupes erãt (nã multi ↄcurrerãt ꝑ eadẽ cauſa) hoſpitiũ inuenire nõ potuerũt. Cõpatere hic dñe ⁊ cõſpice ipam delicatã ⁊ iuuenẽ. quindecim enĩ erat annoꝝ ex lõgo itinere fatigatã. ⁊ cũ verecũdia inter gẽtes cõuerſantẽ. quererẽtem vt quieſcat ⁊ nõ inuenit. oĩes licentiãt eã ⁊ ſociũ eiꝰ. ⁊ ſic cogũt̃ diuertere ad q̃dã viã coopertã vbi hoĩes tempe pluuie diuertebãt. Ibidẽ ioſeph q̃ erat magiſter lignariꝰ forte aliqualiter ſe clauſit. Nũc aũt diligẽtiſſime iſpice oĩa. maxime q̃ referre intendo q̃ a b ipa dñã reuelata ⁊ oſtẽſa fuerũt. ꝑut a q̃daz ſancto nr̃i ordinis fidedigno habui. cui puto reuelata fuiſſe. Cũq̃ veniſſet hora partꝰ ſcꝫ in media nocte dñice diei. ſurgens ḡgo appodiauit ad quandã columnã q̃ ibi erat. Joſeph vero ſedebat meſtꝰ. ex eo forte q̃ nõ poterat q̃ decebãt parare. Surgẽſq̃ ⁊ accipiens de feno ꝑſepis, piecit ad pedes domine ⁊ vertit ſe in aliã partẽ. tũc filiꝰ dei eterni exiẽs de matris vtero ſine aliqua moleſtia vel leſione in momẽto ſicut erat in vtero ſic fuit extra vterũ ſup fenũ ad pedes matris ſue. ⁊ mater in cõtinenti ſe inclinãs recolligens eũ ⁊ dulciter amplexans poſuit in gremio ſuo. ⁊ vbere de celo pleno a ſpiritu ſancto docta cepit lauare ſiue linire ipſum ꝑ totum cũ lacte ſuo. quo facto inoluit eũ ĩ velo capitis ſui. ⁊ poſuit eũ in preſepio. ⁊ tũc bos ⁊ aſinus flexis genibꝫ poſuerũt ora ſuper ꝑſepium. flãtes per nares ac ſi ratione vtẽtes cognoſcerẽt q̃ puer ſic pauperrime contectus calefactiõe tẽpore tãti frigoris indigebat. Mater vero flexis genibꝫ adorauit. ⁊ gratias agẽs deo dixit. Gratias tibi ago dñe ſancte pater qui filiũ tuũ mihi dediſti. ⁊ adoro te deꝰ eterne. ⁊ te filiũ dei viui ⁊ meum. Joſeph aũt ſimiliter adorauit eũ ⁊ accipiens ſellã aſini ⁊ extrahẽs de ea cuſſinellũ de lana ſiue bora poſuit iuxta preſepe vt domina ſup eo ſederet. Ipa ergo ſe poſuit ibi ad ſedendũ. ⁊ ſellã poſuit ſubtus cubituz. ⁊ ſic ſtabat domina mũdi tenẽs vultũ ſuũ ſuper preſepe innixa oculis ⁊ toto affectu ſup dilectiſſimũ filiũ ſuũ. Hucuſq̃ de reuelatione. His ergo ſic oſtẽſis diſparuit domina ⁊ remãſit angelꝰ ⁊ dixit eidẽ laudes magnas. quas et'ĩ ille mihi dixit. ſed nec diſcẽdi nec ſcribẽdi aptitudinẽ habui. Uidiſti ortũ ſacratiſſimi principis. vidiſti ſimul ⁊ ꝑtum regine celeſtis. ⁊ in vtroq̃ artiſſimam paupertatẽ potuiſti cõſpicere multis neceſſariis indigere. Hanc virtutẽ altiſſimã dominꝰ reinuenit. Hec eſt illa euãgelica margarita ꝑ qua emenda oĩa ſunt vendenda. Hec eſt tonꝰ ſpiritualis edificii primũ fundamentũ. Nã cũ ſarcina tẽporaliũ rerũ ſpiritus ad deũ nõ poteſt aſcendere. de qua dicebat beatus Franciſcꝰ. Paupertatez fratres noueritis eſſe ſpiritualẽ viam ſalutis. tanq̃ humilitatis fomentũ ⁊ perfectiõis radicem. Cuiꝰ eſt fructꝰ multiplex ſed occultꝰ. Magna ergo nobis eſt verecũdia q̃ eã nõ amplectamur toto poſſe. ſed oneramur ſuperfluis. quãdo mũdi dominꝰ ⁊ dñã mater eius eã ſic ſtrictiſſime ac ſtudioſiſſime ſeruauerũt. De qua ſic dicit Bernardꝰ in ſermone ꝑmo in vigilia natiuitatis dñi. qui ſic incipit Sonuit vox. Abuudabat in terris hec ſpecies ⁊ neſciebat homo precũ eius. Hãc itaq̃ dei filꝰ concupiſcens deſcendit vt eaz eligat ſibi ⁊ nobis. quam ſua eſtimatione faciat ꝑcioſam. Adorna thalamũ. ſcilicet humilitate ⁊ pauptate. in his complacꝫ ſibi pãnis maria teſtimoniũ perhibẽte. His ſeruis delectat̃ innolui ⁊ abominationes egyptiorũ immola deo tuo. Hucuſq̃ Bernardus. Idẽ in quinto ſermone natiuitatꝫ. ſermo incipit Benedictꝰ deus ⁊ pater. Deniq̃ populũ ſuũ conſolatur. Uis noſſe populũ eius tibi d'relictus eſt pauper ait homo ſm

cor dei. Sz ⁊ ipſe in euãgelio. Ve vobis in/
q̄t diuitibꝰ q̄ habetis hic ↄſolationē veſtrã
Quid enĩ cõſolet̃ eos qui ſuã habēt ↄſolati
onē. Nõ ↄſolat̃ xpi infantia garrulos. n̄ cõ/
ſolant̃ xpi lachꝛyme cachinnãtes. nõ ↄſolat̃
panni eiꝰ ambulãtes in ſtolis. nõ ↄſolat̃ ſta
bulũ ⁊ p̄ſepe. amãtes p̄mas cathedras i ſy/
nagogis. vigilãtibꝰ paſtoꝛibꝰ annũciat̃ gau/
dium lucis ⁊ eis natꝰ dr̃ eſſe ſaluatoꝛ. Pau/
peribꝰ atq₃ laboꝛãtibꝰ nõ vobis diuitibꝰ qui
veſtrã habet̃ ↄſolatõem ⁊ veſtrũ dominiũ.
Hucuſq₃ Bern̄. Potuiſti etiã attendere in
vtroq₃ ꝓfundiſſimã humilitatē i hac ipſa na
tiuitate. Nõ enĩ ſunt ſtabulũ dedignati. nõ
beſtias. nõ fenũ. ⁊ cetera vilia. Hãc ꝟtutem
in oĩbꝰ actibꝰ tã dñs q̃ dña ꝑfectiſſime ſ/
nauerũt ⁊ nobis cõmendauerũt. Nitamur
ḡ oĩ quo poſſumꝰ ſtudio ipſam amplecti.
q2 ſine ipſa nõ eſt ſalꝰ. Nulla enĩ opatio nr̃a
cũ ſupbia deo placere põt. Nã ſm beatũ au
guſtinũ. Supbia fecit angelos demones.
humilitas facit hoĩes angelis ſiles. Et ber
nardꝰ p̄mo de viſione Iſaie. Qualē putas
neceſſe eſt hoĩem inuenire q̄ repudiati locũ
angeli ſoꝛtiat̃. Semel turbauit ſupbia re/
gnũ illud. cõcuſſit muros ⁊ etiã ꝓſtrauit ex
pte. ⁊ pte nõ modica. Quid ergo. Nũq̄d nõ
odit ciuitas illã ⁊ vehemēter hmõi peſtē ab
ominat̃. Certi eſtote frẽs. cũ qui ſupbis nõ
pepcit angelis. nec eſt hoĩbꝰ pcitur꙰. non eſt
ↄtrariꝰ ſibi ipſi. Hucuſq₃ Bern̄. Potuiſti eti
am attēdere in vtroq₃. maxīe in puero Ihu
nõ puã coꝛdis afflictiõem. De qua ſic dicit
Bern̄. in ſcdo ſmone natiuitatꝫ dñi. Naſcit̃
di filiꝰ cuiꝰ i arbitrio erat qdcũq₃ vellet elige
re tps. Elegit q₃ moleſtiꝰ p̄ſertim paruulo
⁊ paupis mr̃is filio. q̄ vix pãnos haberꝫ ad
inuoluendũ. p̄ſepe ad inclinandũ. ⁊ cũ tãta
eſſet neceſſitas nullã audio pelliũ fieri men
tionē. Et infra. Chꝛiſtꝰ vtiq₃ q̄ nõ fallit ele/
git qd carni moleſtiꝰ eſt. Iſtud ḡ meliꝰ. illud
vtiliꝰ. illud potiꝰ eligendũ. Et q̄ſq̄s aliud do
ceat vel ſuadeat. ab eo tãq₃ a ſeductoꝛe cauē
dum eſt. Et infra. Et tũ frẽs ipſe eſt ꝓmiſſus
olim p Iſa. vij. paruuꝰ ſciēs reprobare ma
lũ ⁊ eligere bonũ. Malũ ḡ voluptas coꝛpis
bonũ ꝟo afflictio eſt. Siquidē ⁊ hãc elegit.
⁊ illã reprobat puer ſapiēs. ꝟbum infans.
Hucuſq₃ Bern̄. Vade ⁊ tu fac ſilr. Diſcre/
te tamē vt nõ excedas poſſe tuũ. Et de his
ꝟtutibꝰ alias poterit dici. Redeamꝰ ad do/
mũ natiuitatis. Nato itaq₃ dño angeloꝛuz
multitudo ibi exiſtēs ſuũ deũ adoꝛauerũt.
⁊ cõfeſtim ad paſtoꝛes iuerũt qui erãt ibi p/
pe foꝛte p miliare. nũciantes eis ipſam nati/
uitatē ⁊ etiã locũ. Exinde aſcenderũt in ce/
lum cũ canticꝫ ⁊ iubilis. cõciuibꝰ ſuis ea ſilr
nũciantes. Tota igit̃ ſupna curia exhilara
ta magnoq₃ facto feſto ⁊ laudibꝰ ⁊ gratiarũ
actionibꝰ deo patri exhibitis. venerũt oĩs
quotq̄t ibi erãt ſucceſſiue p oꝛdies ſuos vi/
dere faciē dñi dei ſui. ⁊ adoꝛãtes eũ cũ omni
reuerētia ⁊ etiã mr̃em eiꝰ laudē eidē ⁊ canti/
ca ꝓſonabãt. Quis enĩ eoꝛũ auditis nouis
remãſiſſet in celo q̄n viſitaſſet dñm ſuũ ſic
humiliter cõſtitutũ in terra. In nullo eoꝛũ
hec ſupbia cadere potuiſſet. Et ideo dt apo
ſtolꝰ ad Hebꝛe. i. Et cũ introducit pꝛimoge
nitũ in oꝛbē terraꝝ dicit. Et adoꝛēt eũ oĩs
angeli dei. Hec meditare de angelis iocun
dũ puto qualitercũq₃ ſe habuerit veritas.
Venerũtq₃ paſtoꝛes ⁊ adoꝛauerũt eũ. refe/
rentes q̄ audierũt ab angelis. Mater vero
prudētiſſima oĩa q̄ de ipſo dicebant̃ ↄſer/
uabat in coꝛde ſuo. Illi aũt gaudētes abie/
rũt. Genuflecte ⁊ tu q̄ tm̃ diſtuliſti ⁊ adoꝛa
dñm deũ tuũ ⁊ poſtea mr̃em eiꝰ. ⁊ reuerēter
ſaluta ſanctũ ſenē ioſeph. Deinde oſculeris
pedes pueri ihũ iacētis in lecto ⁊ roga do/
minã vt eũ tibi poꝛrigat vel pmittat accipe.
Accipias eũ inter bꝛachia tua. retine ⁊ intu
earis faciē eiꝰ diligēter ac reuerēter deoſcu/
lare ⁊ delectare i eo. Cõfidenter h̄ facere po
tes. q2 ipſe ad peccatoꝛes venit p eoꝝ ſalute
⁊ cũ eis humilit̃ cõuerſatꝰ. Et tãdem ſe ipſũ
dimiſit in cibũ. Vñ benignitas ſua patient̃
ſe tãgi p tuo velle pmittet. Nec imputabit
p̄ſumptiõi ſz amoꝛi. ſꝑ tamē cũ reuerentia ⁊
timoꝛe hec facias. q2 ipſe ſanctꝰ ſanctoꝝ eſt.
Poſtea redde ipm matri. ⁊ cõſpice diligent̃
q̃ ſtudioſe ⁊ ſapiēter gubernat eũ. lactat ac
cetera ei facit obſequia. Stã ⁊ tu adiuua eã
ſi potes. In his delectare iocũdare ac ſedu/
lo meditari memēto. ⁊ quantũ potes famu
leris dñe ⁊ puero ihũ. ⁊ intuearꝫ faciē eius
ſepe. i quã deſiderãt angeli ꝓſpicere. Semp
tamē vt dixi cũ reuerētia ⁊ timoꝛe ne patia/
ris repulſam. Reputare enĩ te debes indi/
gnam taliũ cõuerſatione. Meditari debes
etiã cũ gaudio q̄nta ſit hodierna ſolēnitas.
Hodie naq₃ natus eſt xp̄s. ⁊ ſic vere ē dies
natalis regis eterni ⁊ filij dei viui. Hodie fi
lius datꝰ eſt nobis. ⁊ puer natus eſt nobis
Hodie ſol iuſticie qui erat in nubilo clare

refulſit. Hodie ſpūſſctūs eccłie electorū caput pceſſit de thalamo ſuo. Hodie deſideratam faciē oſtēdit forma ſpecioſus p̄ filijs hoīm. Hodie fact⁹ eſt ille hymn⁹ angelic⁹ Glia in excelſis deo. Hodie pax hoīb⁹ ē annūciata vt in eodē hymno ɔtinet. Hodie vt etiā cātat eccłia p totū mūdū melliflui facti ſunt celi. ⁊ in t̄ra canūt angeli. Hodie ꝑmitus appꝑuit benignitas ⁊ hūanitas ſaluatoris dei nr̄i. Hodie adorat⁹ eſt de⁹ ī ſilitudīe carnis pctī. Hodie illa duo miracula ɔtigerūt q̄ ſupant oēm intellectū ⁊ ſola fides apprehēdere pt. ſ. q̄ deus naſcit. ⁊ ꝟgo parit. Hodie alioꝝ miraculoꝝ claruit mł̄titudo Deniq̄ oīa q̄ dicta ſunt de incarnatōe q̄ ib̄ dari⁹ elucescunt. ibi inchoata. h̄ manifeſta. Vn̄ nunc illa. ⁊ iſtis meditatōib⁹ iſta conſūge. Merito ḡ ē dies illa iubilatōis ⁊ gaudij ⁊ leticie magne nimis. Nā rome de q̄dā taberna dicta emētoria (q: milites ibi ſpaciando ⁊ emēdo neceſſaria ea q̄ ſtipēdijs ſuis venerāt expendebant) fons olei largiſſimꝰ emanauit de t̄ra. ⁊ p totū diē largiſſimo riuo fluxit. ⁊ circulus ad moduꝫ celeſtꝭ arc⁹ circa ſolē in toto orbe appꝛuit. ⁊ rome ſtatua aurea quā romul⁹ in ſuo palacio poſuerat ꝓphetabat nō cadere donec ꝟgo pareret. ſtatim vt xp̄s nat⁹ eſt. corruit. In q̄ loco calixt⁹ papa eccłiam ſctē Marie que nunc dr̄ trans tyberim cōſtituit.

De circūciſiōe ⁊ fletu dn̄i. Cap. ix.

o Ctauo aūt die circūciſus eſt puer. Duo autez magna hodie facta ſunt Vnū. q: manifeſtū eſt nomē ſalutꝭ. qđ ab et̄no ſibi īpoſitū erat. ⁊ ab anglo vocatū p̄uſq̄ in vtero concipet. hodie fuit declaratū ⁊ noiatū. Et vocauerūt nomē eius Ihm. Jeſus aūt dr̄ ſaluator. qđ eſt nomē ſuper omē nomē. Nec eſt eīm vt Apł̄s petr⁹ ait. aliud nomē ſub celo in q̄ nos oporteat ſaluos fieri. Scđm qđ hodie factū fuit q: incepit dn̄s ieſus ſuū ſacratiſſimuꝫ ſanguinē p nobis effundere. Tēpeſtiue eīm cepit p nobis pati. q̄ pctm̄ nō fecit. p nr̄is penā hodie portare incepit. Cōpatere tu ei. et plora cū illo. q: hodie fortit̄ plorauit. Nā ī ſolennitatib⁹ multū gaudere debem⁹ ꝓpter nr̄am ſalutē. ſed multuꝫ cōpati ⁊ dolere ꝓpter ſuas anguſtias ⁊ dolores. Audiſtꝭ in natiuitate q̄ntā afflictionē habuit ⁊ penuriaꝫ. ⁊ int̄ alia h̄ etiā fuit. q̄ q̄n mr̄ poſuit eū in p̄ſepio ad caput ei⁹ poſuit quēdā lapidē interpoſito forte feno. et vt habui a frē nr̄o q̄ vidit. ⁊ adhuc ille lapis appet ad mēoriā ibidem murat⁹. Credas q̄ libētius poſuiſſet puluinar ſi habuiſſꝫ. ſed cū aliud n̄ hr̄et qđ poneret. cū cordis amaritudie poſuit illuꝫ lapidē. Audis ⁊ hodie q: ſanguinē ſuuꝫ fudit. Fuit eīm caro ipi⁹ cū cultello lapideo īciſa. Nōne ḡ cōpatiendū eſt ei. Ita. ſic certe ⁊ mr̄i. Plorauit ḡ puer ieſus hodie ꝓpter dolorē quē ſenſit in carne ſua. Nā verā carnem ⁊ paſſibilē habuit ſic ceteri hoīes Sꝫ eo plorāte credis ne q̄ mr̄ potuerit lachrymas ɔtinere. plorauit ḡ ⁊ ipa. Quā plorātē fili⁹ ſtans in gremio ei⁹ aſpiciens. paruulā manū ſuā ad os. ⁊ vultū ei⁹ ponebat q̄ſi nutu rogans eandē ne ploraret. Quā ei tenerrime diligebat. a ploratu ceſſare volebat. Silr̄ ⁊ mr̄ cui⁹ viſcera totalit̄ cōmouebant in dolore ⁊ lachrymis filij. ⁊ nutu ⁊ ꝟbis cōſolabat eū. Intelligebat eīm tanq̄ prudentiſſima voluntatē ei⁹. q̄uis nōdū loq̄ret Et dicebat. Fili ſi vis me a ploratu ceſſare. ceſſa ⁊ tu. Nō eīm poſſum te plorante nō plorare. Et tūc ex cōpaſſione mr̄is fili⁹ a ſingultib⁹ deſiſtebat. Mater ꝟo ⁊ ipi⁹ ⁊ ſuos oculos tergebat. ⁊ vultū vultui applicabat. Lactabat eū ⁊ omib⁹ q̄b⁹ poterat modis ɔſolabat. Et ſic faciebat q̄tiens plorabat. qđ forte ſepe pueroꝝ more faciebat. ad oñdendaꝫ miſeriā nature hūane quā vere aſſūpſerat. ⁊ ad occultanduꝫ ſe ne a diabolo cogſceret Cantat naq̄ de ipo eccłia. Vagit infans inter arta ⁊c̄. Hodierno aūt tpe ceſſat circūciſio corpalis. ⁊ hēm⁹ baptiſmū q̄ eſt maioris grē ⁊ mīoris pene. Sꝫ debem⁹ hr̄e circūciſionē ſpūalē ⁊ oīa ſupflua reijcere. ⁊ h̄ eſt qđ paupꝑtatē cōmēdat. Nā ver⁹ paup eſt ꝟe ſpiritualit̄ circūciſus. Et hāc ſm̄ Bern̄. paucꝭ verbis tradit Apł̄s di. Habētes victū ⁊ veſtitū his ɔtenti ſim⁹. Spūalis etiā circūciſio dꝫ eſſe in oīb⁹ ſenſib⁹ corpis nr̄i. vidēdo audiendo. guſtādo. tangēdo paucitate vtamur. ⁊ maxie in loq̄ndo. Loq̄citas eſt viciū peſſimū ⁊ deo ⁊ hoīb⁹ odioſuꝫ ⁊ diſplicibile Vn̄ debem⁹ eſſe circūciſi lingua. i. pauca et vtilia loq̄. Signū leuitatꝭ eſt multū loqui. Vn̄ ſilentiū eſt fructuoſa res. ⁊ nō ſine cā in religionib⁹ ordinatū. Et circa hāc materiā ſic dicit beat⁹ Gregꝭ. Ille loq̄ veracit̄ nouit q̄ prius bene tacere didicerit. Cenſura eīm ſilentij eſt ꝟbi neceſſariū inſtrumētū. Idem alibi. Qui ſenſu leues ſunt. ⁊ in locutōes p̄-

cipites erūt. qꝛ qđ leuis ꝯſcia ꝯcipit leuius ꝓtinꝰ lingua promit. De h̄ etiā dic̄ Bern̄. i epħia ſmone q̄ incipit In opibꝫ dn̄i. Jā vero de lingua q̄s neſciat q̄ꝫ multū inq̄nauerit nos. ꝑ vaniloq̄a ⁊ mēdacia ꝑ detractōes ⁊ adulatōes. ꝑv̄ba malicie ſiue iactātie. Pro his oibꝫ neceſſaria ē ydria q̄nta. ſilētiū .ſ. cuſtos religiōis. in q̄ eſt fortitudo nr̄a. Idē alibi. Ocioſitas mr̄ nugaꝝ eſt ⁊ nouerca vtutū. Int̄ ſeculares multe nuge ſunt in ore ſacerdotū blaſphemie. Sed ⁊ ſi nuge incidūt interdū ferende fortaſſe ſūt. ſꝫ inferēde nūq̄ꝫ. ꝯſecraſti em̄ os euāgelio. illicitū eſt iā talibꝫ apire illud.

De epħia ſiue apparitione dn̄i. Capl'm. x.

Die aūt terciodecimo puer ihs manifeſtauit ſe gētibꝫ. i. magꝭ q̄ gētiles erāt. Attende circa diē iſtū. qꝛ vix inuenies aliqđ feſtū ſic ab eccia ſolēnizatū ⁊ multiplicatū in antiphōis. rn̄ſoriꝭ ⁊ ſmōibꝫ ⁊ aliꝭ q̄ ad ſolēnitatē ptinēt ſic illud. Nō q̄ ſit maius oibꝫ aliꝭ. ſꝫ qꝛ multa et magna tali die facta ſunt ꝑ dn̄m ihm. ⁊ marie circa ipaꝫ eccleſiā. Primū eſt qꝛ hodie ipa eccia recepta eſt ab eo i ꝑſona magoꝝ. qꝛ eccia ex gētibꝰ ꝯgregata eſt. Naꝫ die natalis ſui appuit iudeis in ꝑſona paſtoꝝ q̄ iudei nō receperūt v̄bū dei niſi pauci ex ipis. Hodie v̄o appuit gentibꝫ. ⁊ h̄ eſt eccia electoꝝ. Vn̄ feſtū hodiernū eſt ꝓprie feſtū ecc̄ie ⁊ fideliū xp̄ianoꝝ. Scdm̄. qꝛ eccia eſt hodie deſpōſata ab eo. ⁊ eidē vere ꝯiūcta ꝑ baptiſmū. quē ꝫ tali die ſuſcepit .ſ. reuoluto. xxix. anno. Et iđ letant̄ cantat̄. Hodie celeſti ſpōſo iūcta eſt eccleſia ⁊c̄. Nā in baptiſmo deſpōſat̄ aīe xp̄o. q̄a ſuo baptiſmo ſūpſit virtutē. ⁊ aiaꝝ baptizataꝝ congregatio vocat̄ eccia. Tercium. qꝛ tali die .ſ. reuoluto āno pꝰ baptiſmū fecit p̄mū miraculū ad nuptias. qđ etiaꝫ ad ecc̄iam ⁊ ſpūales nuptias ꝑt adaptari. Videt̄ etiā poſtea feciſſe tali die miraculū de multiplicatōe panū ⁊ piſciū. Sꝫ p̄ma tria eccia hodie repn̄tat. illud aūt nō. Vides ḡ q̄ꝫ venerabil' eſt dies illa q̄ꝫ dn̄s elegit ad tot magnifica ⁊ mirifica. Cōſiderās ḡ eccia tot magna bn̄ficia hodie ſibi a ſuo ſponſo exhibita. grata exiſtere volēs. exultat. iocundat̄ ⁊ iubilat. ⁊ hūc diē magnifice ſolēnizat. Dicamꝰ ḡ de p̄mo. qꝛ de aliꝭ ſmo erit ſm ordinē vite ipiꝰ xp̄i. Sed de p̄mo ope. ſ. đ magoꝝ aduentu ad xp̄m nō eſt intētōis mee narrare moralitates ⁊ expoſitōes q̄ ſic diligent̄ ꝑ ſctōs tradite ſunt. Qualit̄ ḡ venerūt magi ab oriente hieroſolymā. ⁊ q̄d int̄ eos ⁊ herodē actū ſit. ⁊ de ductu ſtelle. ⁊ q̄re talē oblationē fecerūt. ⁊ de aliꝭ hmōi. legas textū euāgeliꝭ ⁊ ſctoꝝ expoſitōes ⁊ inuenies. Ego em̄ in h̄ ⁊ in aliꝭ vite xp̄i actibꝫ intendo vt in p̄ncipio tibi dixi aliq̄s meditatōes tangere ſm q̄ſdā imaginarias repn̄tatōes q̄s aia diuerſimode pcipe pt ſm q̄ geſta fuerūt ꝑ ipm. vel ſic̄ fuiſſe credi pn̄t. De expoſitiōibꝫ aūt raro intromittere me cogitaui. tū qꝛ ad h̄ inſufficiēs ſum. tū etiaꝫ qꝛ nimis etiā longa materia. In pn̄ti ḡ negocio ſis pñſens ⁊ ꝯſpice bn̄ ſingl'a. qꝛ vt alias tibi dixi i h̄ eſt tota vis haꝝ meditationū. Venerunt ḡ iſti tres reges cū multitudie magna ⁊ honorabili comitiua. ⁊ ſunt an̄ illud tuguriuꝫ in q̄ natꝰ eſt dn̄s ihs. Dn̄a ſentit ſtrepituꝫ ⁊ tumultū. ⁊ accipit pueꝝ. Intrāt illi domunculā ⁊ genufflectūt ⁊ adorāt dn̄m pueꝝ ihm reuerēt̄. honorāt eū regē ⁊ adorant vt dn̄m. Vide q̄ꝫ magꝭ fuit eoꝝ fides. Quid ei erat credere q̄ i. le puerulꝰ ſic vilit̄ indutus. cuꝫ paupcula mr̄e inuentꝰ. ⁊ in loco ſic abiecto. ſine ſocietate. ſine familia. ſine oi ornatu eēt rex ⁊ deꝰ verꝰ. Et tn̄ vtrūq̄ꝫ crediderūt. Tales duces ⁊ talia primitiua nos oportebat h̄re. Stāt ḡ genufflexi corā eo. colloquunt̄ eū dn̄a. vel ꝑ interpretē vl' ꝑ ſeipos. qꝛ ſapientes erāt. ⁊ forte linguā hebraicam ſciebant. Querūt ab ea de cōditōibꝫ iſtiꝰ pueri. Dn̄a narrat ⁊ illi oia credūt. Cōſpice bn̄ ipos qꝛ reuerent̄ ⁊ curialit̄ loquunt̄ ⁊ audiūt. Cōſpice ⁊ dn̄am. qꝛ cū rubore in v̄bis ⁊ oculis ad terrā demiſſis ac cū verecūdia loquit̄. non delectat̄ loqui nec videri. Dn̄s tn̄ dedit ei vigorē in h̄ magno opere. Quia illi repn̄tabāt vniuerſam eccleſiā futurā ex gētibꝫ. Cōſpice ⁊ puerū ihm. nōdū loquit̄. ſed ſtat cuꝫ maturitate ⁊ grauitate tāq̄ꝫ intelligēs. ⁊ benigne reſpicit illos. ⁊ illi multū delectant̄ i eo. tā viſu mētali tanq̄ꝫ intꝰ edocti ⁊ illuminati ab eo. q̄ꝫ corpali. qꝛ ſpecioſus erat p̄ filiꝭ hoim. Tandē ꝯſolatōe magna recepta offerūt eidē aurū thus ⁊ mirrhā. apientes theſauros ſuos. ⁊ ponētes aliquē pannū vl' tapetū ante pedes dn̄i ieſu obtulerūt. ſ. q̄libet illoꝝ illa tria in maxia q̄ntitate p̄cipue de auro. Alias em̄ ꝓ parua oblatōe n̄ opoꝛtuiſſet apiri theſauros. qꝛ parua de leui habuiſſent ad manꝰ ſenaſcalli eoꝝ. Et tunc reuerent̄ ⁊ deuote oſculati ſunt pedes eius.

Quid ſi tunc puer ſapientiſſimus vt eos magis cõſolaret᷑ ⁊ in amore ſuo roboraret porrexerat etiã deoſculandũ manuz. Si/gnauit etiã eos ⁊ bñdixit. Illi ḡ ſe inclinantes ⁊ valefaciẽtes cũ magno gaudio receſſerũt. ⁊ p aliã viã reuerſi ſunt i regionẽ ſuam.

Quid aũt de auro iſto factũ putas qḋ erat ſic magni valoꝛ. Nunqḋ dña reſeruauit ſibi. vl' depoſitũ fecit. vel nunquid emit domos. agros ⁊ vineã. Abſit. nõ curat de talibus pauptatis amatrix. Zelans ḡ dña foꝛ/titer ꝑpauptate. ⁊ intelligẽs filij volũtatez tã in? docent⸗ ꝙ̃ foris ſigna oñdent⸗. quia vultũ foꝛte auertebat ab auro ⁊ vilipende/rat. totũ infra paucos dies paupib⁹ eroga/uit. Graue em̃ erat ſibi ſarcinã tenere vl' deferre. Vñ ſic iſta totalit᷑ expenderat. ꝙ qñ i/trauit in tẽplũ nõ habuit vnde vnũ agnuz emeret quẽ offerret ꝑ filio. ſed emit turtu/res vel colũbas. Vnõ rõnabile ẽ credere ꝙ magna fuit oblatio magoꝝ. ⁊ ꝙ dña zelanſ pauptatẽ (q2 plena caritate) dedit eã pau/peribꝰ. Vides ꝑconiũ pauptatis. ⁊ in duo/bus h̃ attẽde. Primo q2 hodie puer ihs elemoſynã recepit vt paup ⁊ etiã mr̃ ſua. Se/cũdo q2 nõ ſolũ nõ curabãt acq̃rere vl' congregare. ſed etiã q̃ dabant᷑ retinere nolebãt ꝗ ſemꝑ in eis creſcebat deſideriũ paupta/tis. Sed nunqḋ circa hũilitatẽ aliqḋ at/tendiſti. Si bñ aduertit᷑ etiã hũilitat⸗ cer/tiꝰ ꝓfunditas. Sũt em̃ qui ſe viles ⁊ abie/ctos reputãt in aĩo ſuo. ⁊ in ocul' ſuis nõ extollunt᷑. ſed nõ ſic eſſe volũt in ocul' alioꝝ. nec patiunt᷑ vilipendi ab alijs vl' derideri. ⁊ ſuã vilitatẽ vel defectꝰ nolũt alijs innoteſcere ne vilipendant᷑. Non ſic fecit hodie puer ihs cũ dñs. q̃ ⁊ alijs ſuis ⁊ ſua vilia patere voluit. ⁊ nõ paruis aut paucꝭ. ſed magnis ⁊ multꝭ. ſ. regib⁹ ⁊ ſocijs eoꝝ ꝙ̃ pluribꝰ. Et ĩ tali caſu ⁊ tpe in q̃ multũ erat timendũ. Nam cũ illi venirẽt vt inuenirẽt regẽ iudeoꝝ quẽ etiã deũ eſſe putabãt. dubitare poterãt ne talib⁹ de ipo viſis reputãtes ſe fatuos ⁊ de/luſos recederẽt ſine fide ⁊ deuotiõe. ſed nõ dimiſit hũilitat⸗ amatoꝛ. dans nob exẽpluz ne ſub ſpẽ alicuꝰ appent⸗ boni recedamus ab hũilitate. Et ꝙ diſcamꝰ etiã ĩ alioꝝ ocul' viles ⁊ abiecti velle apparere.

De mora dñe apud ꝑſepe. Cap. xj.

bilez mihi ieſu bone calix quē bibiſti. opus nře redēptiōis. Hoc oīno amorē nřm faci le vendicat totū ſibi. Hoc inq̄ʒ eſt qđ nřam deuotionē ꝛ blandiꝰ allicit. ꝛ iuſtiꝰ exigit. et artius ſtringit. ꝛ afficit vehemētiꝰ. Multū q̄ppe laborauit in eo ſaluatoꝛ nec in oī mū di fabrica tantū fatigatōis auctoꝛ aſſūpſit. Illac deniq̄ʒ dixit ꝛ facta ſūt. mādauit ꝛ creata ſunt. At vero hic. Et in dictis ſuis ſuſtinuit ꝯtradictores. ꝛ in factꝫ obſeruatores. et in tormētis illuſores. ꝛ in morte exprobratores. Idē. xxij. Cantic. Ad cumulū pietatis tradidit xp̄s in mortē aīam ſuā ꝛ de ꝓprio latere ꝓtulit p̄ciū ſatiſfactiōis q̄ placaret patrē. Per qđ plane ad ſe verſiculū illū traxit. Apud dñm miſcđia ꝛ copioſa. apud eū redemptio. Proꝛſus copioſa. q2 nō gutta ſed vnda ſanguis largit̄ ꝑ quinq̄ʒ partes corpis emanauit. Quid tibi debuit facere. ꝛ nō fecit. Illumīauit cecū. ſoluit vinctū. reduxit erroneū. recōciliauit reū. Quis nō pꝰ illū libent̄ alacriterq̄ʒ currat. q̄ ꝛ ab errore liberat ꝛ errata diſſimulat. ꝛ q̄ deinde viuendo merita tradit. p̄mia moriēdo conquerit. Quā excuſationē habꝫ q̄ in odore boꝝ vnguentoꝝ nō currit. niſi ad quē forte minime odoꝛ ꝑuenit. Sed etē̄m in oēm traꝫ exiuit odoꝛ vite. Qm̄ miſcđia dñi plena eſt tra. et miſeratiōes eiꝰ ſup oīa opa eiꝰ. Ergo q̄ vitalem hāc ſparſaꝫ vbiq̄ʒ fragrantiā nō ſentit. ꝛ ob hoc nō currit. aut mortuꝰ eſt. aut putridus. Idē. xxv. Cantic. Nō erubeſcit ſpōſa nigredinē quā nouit ꝓcepiſſe a ſpōſo. cui ſimilari q̄nte etiā gl̄ie ē. Nil ꝗ. ꝓinde gl̄ioſiꝰ eſt q̄ʒ chriſti portare obprobriū. Vn̄ vox illa proꝛſus exultatōnis ꝛ ſalutis. mihi abſit gl̄iari niſi in cruce dñi nři ieſu chriſti. Grata ignominia crucꝫ ei q̄ cruci ingratꝰ nō eſt. Nigredo eſt. ſed forma ꝛ ſilitudo dñi. Vade ad ſctm̄ Iſaiā. ꝛ deſcribet tibi q̄lem illū in ſpū viderat. Quē nāq̄ʒ aliū dixit virū doloris ꝛ ſcientē īfirmitatē. ꝛ q2 nō erat ei ſpecies neq̄ʒ decoꝛ. Et addidit. Nos putauimus eū q̄ leproſuꝫ ꝛ ꝑcuſſum a deo ꝛ humiliatū. Ipſe aūt vulneratꝰ eſt ꝓpter iniq̄tates nřas. Attritus eſt ꝓpter ſcelera nřa. ꝛ liuore eius ſanati ſumꝰ. Deniq̄ʒ ſeip̄m fecit pctm̄. ꝛ nigrū dicere verear. Intuere ſane pānis ſordidū. plagis liuidū. illitū ſputꝭ. pallidū ꝛ morte. Idē. xxviij. Cantico. Quid ei magis deforme ꝛ nigꝝ oculis ſpectātiū occurrebat q̄ʒ cū expāſis in cruce manibꝫ mediꝰ duoꝝ nequā. riſum malignātibꝫ daret. fletū fidelibꝫ. ꝛ ſolus erat riſui q̄ ſolus poterat et terrori. ſolus honori eſſe debuerat. Idē lxj. Cant. Petra refugiū herinacijs. et vbi tuta firmaq̄ʒ infirmis req̄es niſi in vulneribus ſaluatoꝛ. Tanto illuc ſecurioꝛ habito. q̄nto ille potētioꝛ eſt ad ſaluādum. Fremit mūdus. ꝓmit corpꝰ. diabolus inſidiat̄. Nō cado. fundatꝰ em̄ ſuꝫ ſup̄ firmā petrā. Peccaui pctm̄ grāde. turbabit̄ ꝯſcīa. ſꝫ nō ꝑturbabit̄. qm̄ vulneꝝ dñi recordaboꝛ. Nempe vulneratꝰ eſt ꝓpter iniq̄tates nřas. Quid tā ad mortē qđ nō xp̄i morte ſaluat̄. Et infra. Clamat clauus. clamat vulnꝰ. q2 vereꝰ deus ſit in chriſto mūdū recōcilians ſibi. ferrū ꝑtrāſijt aīam eiꝰ. ꝛ appropinquit cordi. vt nō iā neſciat cōpati infirmitatibꝫ nřis. Patꝫ archanū cordis ꝑ foramia corpis. Patꝫ illud magnū ſacr̄m. Patēt viſcera miſcđie dī nři in q̄bꝫ viſitauit nos oriēs ex alto. Quid em̄ viſcera ꝑ vulnera pateāt. In q̄ em̄ clariꝰ q̄ʒ in vulneribꝫ tuis eluxiſſet. q2 tu dñe ſuauis ꝛ mitis es ꝛ multe miſcđie. Maiorē ei miſerationē nemo hꝫ q̄ʒ vt aīam ſuā ponat q̄s ꝓ addictis morti ꝛ dānatis. Idem q̄ʒ vt ere dic̄ in quodā ſmone de cruce. Meditare inquit paſſionē crucifixi corpis. ꝛ vide ſi aliq̄d eſt in eo qđ nō ꝑoret ad ꝓtēm. Pro te diuinū illud caput multiplici ſpinaꝝ denſitate denſatū. vſq̄ʒ ad cerebri teneritudinē cōfixū eſt. dū cōfigit̄ ſpina. Spinis pctōꝝ ſuoꝝ ait dñs ꝑ ꝓphetā. circūdedit me populus iſte. ne doleret caput tuū. ne tua vulneretur intentio. Caligauerūt in mortē oculi ſui. ꝛ illa lumīaria q̄ illumināt orbem. ad horā extincta ſunt. Nōne illis obtenebrātibꝰ tenebre facte ſunt ſup oēm trā. ꝛ illa duo magna lumīaria cū alijs lumīaribꝫ ſubmota ſunt. Hoc aūt totū factū eſt vt auerterentur oculi tui ne videāt vanitatē. ꝛ ſi viderēt nō attraherēt. Aures ille q̄ in celis audiūt. ſanctꝰ. ſctūs. ſctūs. dñs deꝰ ſabaoth. audiūt in tris. demoniū habes. ꝛ crucifige crucifige eū. Vt q̄d illō. ne aures tue obſurdeſcerent ad clamorē pauperis. ne reciperēt auditum vanū. ne detractionis virus apertis ꝯpicijſq̄ʒ ſuſciperent. Specioſa illa facies. ſpecioſa forma pre filijs hominū. ſputis illita. afflicta colaphis. addicta deluſionibus eſt. Sic nanq̄ʒ ſcriptū eſt. Ceperunt cōſpuere in eū ꝛ ꝑcutere faciem eius. ꝛ illudere ei dicentes. Prophetiza quis eſt qui te ꝑcuſſit. quare hoc. vt facies tua illuminaret̄. illuminata ꝯfirmaret̄. ꝛ diceret̄ de te. Vultus eiꝰ

nō ſunt ampli⁹ in diuerſa mutati. Os illud qḋ docet angelos. ꝛ homines inſtruit qḋ dixit ꝛ factū eſt. felle potatū eſt ꝛ aceto. Sꝫ hoc factū eſt vt veritatē ꝛ iudiciū loquereť os tuū. ꝛ confitereť dñm deū ſuum. Man⁹ ille que fundauerūt celos extenſe ſunt ī cruce. clauiſq̃ ꝑforate duriſſimis. vt man⁹ tue extenderenť ad inopē. ꝛ dicere poſſes. Aīa mea in manib⁹ meis ſemꝑ. Qḋ tenemus ī manib⁹ nō de facile obliuiſcimur. Sic et q̃ aniam ſuā bone oꝑationi imꝑmit non tradit eam obliuiōi. Pectus illud in quo ſunt omēs theſauri ſapiētie ꝛ ſcientie dei abſconditi. lancea militari ꝑfoſſum eſt. vt pect⁹ tuum a prauis cogitationib⁹ mundareť mundatū ſanctificareť. cōſeruareť ſanctificatū. Pedes illi quorū ſcabellum adorare debemus. quia ſanctū eſt. dura tranſfixione confoſſi ſunt vel cōfixi. ne pedes tui feſtinarēt ad malū. ſed currerent ad viā mandatorꝫ domini. Quid plura. Foderūt manus meas ꝛ pedes meos. dinumerauerunt omnia oſſa mea. Pro te carnē ꝛ animā ſuā poſuit. vt corpus ꝛ ſpiritū tuū ſibi vendicaret. toto ſe totū recuperauit. Idem in ſermone ſuꝑ mirandis beneficijs humane redēptionis. Expergiſcere nunc anīa mea. excutere de puluere. ꝛ cōtemplare virū hunc memorabilem quē in ſpeculo euāgelici ſermonis quaſi ꝑſentē intuearis. Attende anīa mea Quis eſt ille qui ingrediť habens imaginē regis. ꝛ nihilomin⁹ ſerui deſpectiſſimi confuſione repleť⁹. coronat⁹ incedit. Sed ipſa eius corona eciā cruciat⁹ eſt illi. ꝛ mille puncturis ſpecioſum ei⁹ caput diuulnerať. Regali purpura induitur. ſed poci⁹ in eo deſpicitur q̃ꝫ honorať. ſceptrum in manu geſtat. ſed eo ipſo reuerendū eius caput feriť. Adorant coram ipo poſitis in terra genibus et regem clamant. ꝛ cōtinuo ad conſpuendꝫ amabiles eius genas ſubſiliunt. Maxillaſ palmis concutiunt. ꝛ honorabile collū exhonorant. Vide anima mea. quomō vir ille per omīa coartaſ ꝛ ſpernitur. Sub crucis onere dorſum incuruare iubeť. et ſuam portare ignominiā ad locum deduct⁹ ſupplicij. Myrrha potať ꝛ felle. In cruce ſubleuatur. ꝛ dicit. Pater dimitte illis. quia neſciunt quid faciunt. Qualis eſt hic q̄ in omnibus ꝑſſuris ſuis nec ſemel os ſuum aperuit vt aliquid querele aut excuſatiōis. aut cōminationis. aut maledictiōis aduerſus maledictos canes illos ꝓferret. Sed nouiſſime verbū benedictionis ſuꝑ iniuſtos ſuos. quale a ſeculo nō eſt auditū. Quid hoc viro manſuetius. quid benigni⁹ aīma mea vidiſti. Adhuc autē attentius intuere q̃ꝫ grandi admiratiōe ꝛ tenerrima cōpaſſione dign⁹ appareat. Vide nudū ꝛ vulnerib⁹ laceratū. in medio latronū. cruci ignominioſe ferreis clauis affixum. aceto in cruce potatum. ꝛ poſt mortē lancea in latere vulneratū. ꝛ copioſos ſanguinis riuos ex q̇nq̃ vulnerib⁹ manuū pedū ꝛ lateris effundentem. Fletū deducite oculi mei. ꝛ liq̄ſce aīa mea. ſuꝑ contritiōe amabiľ viri hui⁹ quē in tāta amaritudie tot vides affectū dolorib⁹. Reſpice dñe ſcē pr̄ de ſctūario ꝛ de excelſo celoꝝ habitacľo. ꝛ intuere hāc ſacroſcām hoſtiā q̄m tibi offert magn⁹ pontifex nr̄ ſctūs puer tuus dñs ihs. ꝓ pctīs fratꝝ ſuoꝝ. ꝛ eſto placabilis ſuꝑ multitudie malicie nr̄e. Ecce vox ſanguīs fris nr̄i ihu clamat ad te de cruce. Ecce glīa ꝛ honore coronat⁹ ſum. In dextera maieſtatis tue aſtat vultui tuo ꝓ nob̄. caro ei ꝛ frať nr̄ eſt. Reſpice dñe in faciē xpi tui. q̄ tibi obediēs vſq̃ ad mortē fact⁹ ē. nec recedāt ab oculꝭ tuis cicatrices ei⁹ ī ꝑpetuū vt memineris q̃ntā ab eo ꝓ pctīs nr̄is ſatiſfactionē receperis. Vtinā dñe appēdanť in ſtatera pctā. q̄b⁹ irā meruim⁹. ꝛ calāitas quā ꝓ nob̄ paſſ⁹ ē innocēs fili⁹ tu⁹. Certe h̄ grauior apparebit ꝛ h̄ magis digne vt ꝓpť ipaꝫ effūdas ſuper nos miam q̄ntū fuit illa. ne ꝓ pctīs nr̄iſ contineas in ira mias tuaſ. Grās tibi pr̄ referat oīs ligua ſuꝑ habūdātia bōitatis tue q̄ vnico filio cordis tui n̄ pepciſti. ſꝫ ꝓ nob̄ illū tradidiſti ī mortē. vt ipm tāq̃ fidelē aduocatū hrēm⁹ ī celꝭ corā te. Et tibi dñe ihu fortiſſie zelotes q̄d grāꝝ retribuā vt digne retribuā. Ego homo puluis ꝛ cinis ꝛ vile figmētū. q̄d ei ꝓ mea ſalute facere debuiſti ꝛ non feciſti. Ab imo pedis vſq̃ ad ſūmū verticis totū in aq̄s paſſionū te demerſiſti. vt me totū de illis extraheres. Et intrauerūt aq̄ vſq̃ ad aiaꝫ meā. Nā ꝛ aiaꝫ tuā ī mortē ꝑdidiſti. vt meā ꝑditā mihi redderes. Ecce me duplici debito obligaſti. Nā ꝛ ꝓ eo qḋ dediſti debitor tibi ſum. ꝛ ꝓ mea q̄dē anīa bis a te mihi data. ſemel ī creatōe. ꝛ ſemel in redemptione. Quid magis iuſte tibi reddā q̃ꝫ vitam. n̄ habeo. Pro tua aūt ꝓcioſa aīa ita contribulata q̄d ab hoīe digne rependi poſſit nō inuenio. Nā ꝛ ſi celū ꝛ terrā ꝛ omnē ornatū eorꝫ ꝓ ea poſſem rependere. certe vſq̃ ad menſurā debiti nullaten⁹ attingere poſſem. Vt autē

idipſm qđ ꝛ debeo ꝛ poſſibile mihi eſt retri/buā tibi. cui dñe muneris eſt. Diligēdus es mihi toto corde. tota mente. tota aīa. tota ꝟtute. ꝛ tua mihi ſequēda veſtigia. q̄ pro me mori dignatꝰ es. Et quō fiet illud in me niſi ꝑ te. Adheret aīa mea poſt te. qꝛ tota virtus eius pendet ex te. Hucuſq̄ Bern̄. Habes igit̄ a beato Bern̄. more ſuo mellifluo eructuantē de dñi ihū paſſione melliflua ꝛ pulcherrima. Uideas ne in vacuū ea recipias. Sed toto corde. totoq̄ affectu ipſius auctoritatibꝰ incitata in dñica paſſiōe verſeris. qꝛ ipiꝰ paſſionis meditatio ſup oīs alias q̄ de vita ipſius occurrere pn̄t noſcit̄ eminere. De cetero ad reſurrectionē ipiꝰ dñi ieſu accedamus.

Dominica die.

De reſurrectione dñi. ꝛ quomō p̄mo apparuit matri dñica die.

Capitulū. lxxviij.

# Veniens dominꝰ

v iesus cū honorabili multitudie angeloꝝ ad monumētū die dominico ſūmo mane. ꝛ reaccipiēſ corpꝰ iſtud ſanctiſſimū. ꝛ ipō monumēto clauſo ꝓceſſit ꝓpria virtute reſurgendo. Eadē aūt hora. ſ. ſummo mane maria magdalene ꝛ iacobi ꝛ ſalome. licētia petita ꝑus a dña ceperūt ire cū vnguentis ad monumentū. Dña autē domi remāſit. ꝛ orabat dicēs. Pater clemē/tiſſime. pr̄ piiſſime. ſic ſcitis. mortuus eſt filius meꝰ. inter duos latrones cruci fuit affixus. ꝛ ego eū ſepeliui manibꝰ meis. Sꝫ potēs eſtis dñe eū mihi reſtituere incolumem. Rogo maieſtatē veſtrā. vt eū mihi reddatiſ. Quare tardat tantū ad me venire. remitti/te obſecro eū mihi. quia nō quieſcit anima mea. niſi videā ipm. O fili mi dulciſſime q̄d eſt de te. q̄d agis. q̄d morā ꝯtrahis. rogo te ne amplꝰ differas venire ad me. Tu em̄ dixiſti tercia die reſurgā. Nōne fili mi. eſt hodie tercia dies. nō heri. ſed ꝑus heri. i. nudiuſtercius fuit dies illa magna ꝛ amara valde. dies calamitatiſ ꝛ mortis. tenebraꝝ ꝛ caliginis. ſepatōis ꝛ mortis tue. ḡ fili mi ē hodie tercia dies. Exurge ḡ glā mea ꝛ oē bonū meū ꝛ redi. ſup oīa deſidero te videre. cōſolet̄ me tuus reduꝰ quā ſic ꝯtriſtauit diſceſſus. Reuertere ḡ dilecte mi. Ueni dñe ieſu. veni ſpes mea vnica. veni ad me fili mi.

Eya ergo ſic orāte ꝛ lachrymas dulciter emittente. Ecce ſubito dñs ieſus venit i veſtibꝰ albiſſimis. vultu ſereno. ſpecioſus. glorioſus ꝛ gaudēs. ꝛ dixit ei q̄i ex latere. Salue ſctā parens. At illa ſtatim ſe vertens. Es tu inquit filꝰ meus ieſus. Et genuflexit adorans. Cui filius. Mater mea dulciſſima. ego ſum. Reſurrexi ꝛ adhuc tecū ſum. Eis autē ſurgentibꝰ ipa cū lachrymis ꝑ gaudio amplexans eū. ꝛ vultū vultui applicans fortiter ſtringebat recqeſcens totalit̄ ſup eum. ꝛ eā alacriter ſuſtēabat. Poſtꝙ ſedentibus eis pariter. diligent̄ ꝛ curioſe intuebat̄ eun/dē in vultu ꝛ cicatricibꝰ manuū ꝛ ꝑ totum. Querens ſi oīs dolor ab eo diſceſſerat. Et ille. Reuerēda mr̄. oīs a me dolor abſceſſit. ꝛ mortē ꝛ dolorē ꝛ omnes anguſtias ſuperaui. nec de cetero inde aliq̄d ſentiam. Et illa. Benedictꝰ ſit pr̄ tuus q̄ te mihi reddidit. Exaltatū ꝛ laudatū ſit nomen eius ꝛ magnificatū in ſecula. Stant ḡ ꝛ colloquūtur adinuicē gaudētes. ꝛ paſcha ducentes delectabilit̄ ꝛ amāter. Et narrat ei dñs ihs q̄liter ꝑplm ſuū liberauit de inferno. ꝛ oīa q̄ fecit in iſto triduo. Ecce nunc ḡ magnum paſcha.

Quomō maria ꝛ alie due marie venerūt ad monumentū.

Capitulū. lxxix.

m Agdalena ꝟo ꝛ alie due marie ibāt vt dixi ad monumentū cū vnguen/tis. Dū ḡ fuerūt extra portā ciuita/tis reuocabāt ad memoriā afflictōes ꝛ penas mgr̄i ſui. et in oībꝰ locis in q̄bꝰ aliq̄d notabilit̄ ꝯtra ipm vl' ꝑ ipm factū fuerat aliq̄ntulū ſubſiſtebāt genuflectētes ꝛ oſculantes terrā. gemitꝰ ꝛ ſuſpiria dātes ꝛ dicētes Hic obuianimꝰ ei cū cruce ſup collo qn̄ mr̄ eius ſemimortua ē. Et hic ſe ꝟtit ad mulieres. Hic crucē depoſuit fatigatꝰ. Et ſuper iſto lapide ſe appodiauit parūper. Hic fuit ſic crudelit̄ ꝛ fortit̄ impulerūt eū vt velocꝰ ambularet. ꝛ q̄i eū currere coegerunt. Hic ſpoliauerūt eū ꝛ totū nudū fecerūt. Et hꝫ eū cruciſ patibulo affixerūt. Et tūc cū magno clamore ꝛ inudatōe lachrymaꝝ ꝓcidentes in facies ſuas adorauerūt crucē. ꝛ oſculate ſūt eā. ꝓcioſo adhuc dñi ſanguīe rubricatā. Deinde ſurgētes ꝛ eūtes ꝟſus ſepulchꝝ. dicebāt. Quis reuoluet nob̄ lapidē ab oſtio monumēti. Et aſpiciētes viderūt reuolutū lapidē ꝛ āgelū dñi ſedētē ſup eū q̄ dic eis. Nolite timere ꝛc. vt i euāge. ꝯtinet̄. Ille autē

frandate ſpe ſua. qꝛ putabãt corpus dñi in/ uenire. nõ attendẽtes ad verba angeli con/ territe redeũt ad diſcipulos dicẽtes corp⁹ dñi eſſe ſublatũ.

Quõ dñs apparuit marie magdalene. Capitulũ. xc.

t Unc ergo petr⁹ ꝛ iohẽs cucurrerũt ad monumentũ. Cõſpice bene eos currũt ipi. currunt magdalena ꝛ ſo/ cie poſt eos. omẽs currũt ad querendũ do minũ ſuũ coꝛ ſuũ ꝛ aniam ſuã. Currũt mul tum fidelit᷑. multũqꝫ feruent᷑. multuzqꝫ an/ xie. Cũ autẽ puenerunt ad monumentũ re ſpicientes in ipo nõ inuenerũt corp⁹. ſed vi derunt lintheamina ꝛ ſudariũ ꝛ receſſerũt. Cõpatere ipis qꝛ in afflictõne magna ſunt. Querunt dñm ſuũ ꝛ nõ inueniũt. ꝛ neſciũt vbi eũ amplius q̃rere debeant. ꝫ dolentes flentes diſceſſerũt.

Qꝫ dñs apparuit tribus marijs. Capitulũ. xci.

m Arie autẽ remanſerũt ibidẽ. ꝛ reſpi cientes in monumentũ viderũt du/ os angelos ſtãtes in albis q̃ dicunt eis. Quẽ queritis. viuentez cũ mortuis Ille autẽ nec tunc attenderũt ad verba eoꝝ. nec aliquã conſolationẽ acceperũt de viſiõe an gelorũ. qꝛ nõ querebãt angelos ſꝫ dñm an/ gelorũ. Iterũ ille due marie cõterrite ꝛ q̃ſi abſorte elõgauerũt ſe inde aliquantulũ. ꝛ ſedebãt dolẽtes. Joh. xx. Magdalena ve/ ro neſciens q̃d aliud facere deberet. qꝛ ſine mgr̃o ſuo viuere nõ poterat. ꝛ ibi eũ nõ in/ ueniebat. ꝛ vbi eũ quereret ignorabat. ſta/ bat ad monumentũ foris plorãs. Iterũ er go reſpiciẽs in monumentũ. qꝛ ſemꝑ ſpera bat ibi eũ reuidere vbi eũ ſepelierat. Uidit ipos angelos ſedentes q̃ dicunt ei. Muli/ er q̃d ploras. quẽ queris. Et illa. Tulerunt dñm meũ ꝛ neſcio vbi poſuerũt eũ. Uide mirabilẽ opationẽ amoris. Paulo ante au/ dierat ab vno angelo ꝙ reſurrexerat. ꝛ po/ ſtea a duob⁹. qꝛ viuebat. ꝛ nõ recordabat᷑. ſꝫ dicit neſcio. Amoꝛ hoc faciebat. qꝛ vt dicit hic Origenes. Aĩa ſua nõ erat vbi ipa erat ſed ibi erat vbi mgr̃ ſuus erat. Neſciebat co gitare. loqui. nec audire niſi de ipo. Cũ aũt iſta ſic ploraret nec de angelis aliq̃d cura/ ret. amore ſuo mgr̃ ſuus nõ poterat ampli us ſe tenere. Dñs ꝫ ieſus refert hoc mr̃i et dicit ꝙ vult ire ad ꝯſolandã eam. q̃ hoc mul tũ acceptat. ꝛ dicit. Fili mi benedicte. Ua de in pace ꝛ ꝯſoleris eã. quia multũ te dili/ git. ꝛ de tua morte multũ doluit. ꝛ memẽto redire ad me. ꝛ amplexans dimiſit eũ.

Iterum de eodem. Capitulũ. xcij.

v Enit ergo ad monumentuz in orto vbi erat magdalena. ꝛ dicit ei. Mu lier quẽ queris. quid ploras. Et illa eum nõ cognoſcẽs adhuc vt ebria rñdit di cens. Dñe ſi tu ſuſtuliſti eũ. dicito mihi vbi poſuiſti eũ. ꝛ ego eũ tollam. Conſpice bene eam. quomõ lachrymabili vultu ſupplicit᷑ ꝛ deuote eũ exorat vt doceat eam illũ quẽ q̃/ rit. ſemꝑ ei ſperabat audire aliqua noua de ſuo dilecto. Tunc domin⁹ ad eã dixit. Ma ria. Ipa vero q̃ ei reuiuiſcens et cognoſcens eũ ad vocẽ. cũ indicibili gaudio dixit. Rabi id eſt. mgr̃. Dñe vos eſtis quẽ querebã. q̃re tãdiu vos mihi celaſtis. ꝛ currẽs ad pedes oſculari volabat. Domin⁹ vero volens ani mũ ſuũ eleuare ad celeſtia. vt nõ q̃reret euz ãmodo in terra. dixit. Noli me tangere. Nõ dum eñ aſcendi ad patrẽ meuz. ſed dic fra/ trib⁹ meis. Aſcendo ad patrẽ meũ ꝛ patrez veſtrũ ꝛc. ꝛ addidit. Nõne p̃dixi tibi ꝙ ter/ cia die reſurgerez. quomõ igit᷑ me in ſepul/ chro querebas. Et illa. Dico vobis magi/ ſter ꝙ tant⁹ dolor de acerbitate paſſionis ꝛ mortis vr̃e coꝛ meũ repleuerat. ꝙ oĩm obli/ ta de nihilo recordabar niſi de corpe veſtro mortuo. ꝛ de loco vbi ſepeliuerã ipm. ꝛ ido vnguentũ hoc mane detuleraz. Benedicta ſit magnificẽtia vr̃a q̃ reſurgere ꝛ ad nos re dire dignata eſt. Stant ꝫ ſimul dilecti cuz iocũditate ꝛ gaudio magno. Ipa ṽo curio/ ſe aſpicit euz. ꝛ interrogat de ſingul᷑. ꝛ rñſum alacritatis recipit. Nunc ꝫ ꝛ hic eſt magnũ paſcha. licet aũt ſic a p̃ncipio dñs ei reſpon deret. vix credere poſſuz q̃n eũ familiariter tãgeret anteqꝫ inde diſcederet. oſculãdo pe des ꝛ man⁹. ſed diſpenſatiue ſic fecit a p̃nci pio. vl᷑ qꝛ talẽ ſe oñdebat q̃lis erat in corde ſuo. ſm cõem expoſitionẽ. vel qꝛ vt dixi vo/ lebat animũ ſuum erigere ad celeſtia ſm ꝙ Bern̄. innuere videt᷑. Pie nãqꝫ credi p̃t. ꝙ quã ſic amant᷑ ꝛ ſinglarit᷑ añ oẽs q̃ ſcpti re/ periunt᷑ viſitabat. ad letificãdã eã non tur/ bandã faciebat. Myſterialit᷑ ꝫ nõ ꝑtinacit᷑ dixit illud verbũ. qꝛ nõ ꝑtinax neqꝫ durus benigniſſimus dñs eſt ꝛ maxime diligenti/ bus ſe. Poſt aliqualẽ vero morulã diſceſſit domin⁹ dicens. qꝛ ꝛ alios oporteret eum vi

ſitare. Tūc magdaleña q̄ſi alterata ſicut no lens ab eo vnq̄ȝ diſcedere dicit. Dñe vt video veſtra cōuerſatio nō erit ā modo nobiſcum ſicī cōſueuerat. Rogo ne obliuiſcamini mei. Memētote dñe tot bonorū q̄ mihi contuliſtis. ⁊ familiaritatis ⁊ dilectionis quā habuiſtis ad me. ⁊ recordamini mei domine deꝰ meus. Et dñs ad eam. Noli time re cōfide ⁊ cōſtans eſto. q̄ꝛ ſemꝑ ero tecum. Tunc ipā bñdictione ab eo recepta. ⁊ chriſto diſcedente venit ad ſocias. ⁊ nūciat hoc eis. Ille vero de reſurrectiōe dñi gaudentes. ſed q̄ nō viderant eū dolentes recedunt cum ea.

Iterū de eodem.
Capitulū. xciij.

c Um iſte tres marie in ſimul ꝑgerent anteq̄ȝ venirēt ad ciuitatē. apparuit eis dominꝰ ieſus dicēs. Auete. Ille vero vltra q̄ȝ dici poſſet exhylarate ꝓcidentes tenuerūt pedes eiꝰ. Hic ergo ſimiliter ⁊ querūt ⁊ aſpiciūt. ⁊ rīſum iocūditatis accipiūt. ⁊ faciūt magnū paſcha. Dicit autē eis dñs ieſus. dicite fratribꝫ meis vt veniāt in galylea. ibi me videbūt ſicut predixi eis. Uides q̄ mḡr humilitatꝭ vocat diſcip̄los ſuos frēs. Nunq̄d hanc virtutem dimiſit. Tu autē ſi in ꝑdictis vis intelligentiā ⁊ cōſolationē habere. recordare de his q̄ ſuperius tibi dixi. vt ſcȝ in omībꝫ locis ⁊ factis ita ſis animo ac ſi pñs eſſes corꝑe. Et ideȝ de infra dicendis.

Dominꝰ apparuit Joſeph.
Capitulū. xciiij.

d Iſcedēs ergo dñs ieſus ab eis. apparuit ioſeph q̄ euȝ ſepelierat. Captus eñ erat ꝓpterea a iudeis et recluſus in quodā cubiculo diligent̄ ſigillato ⁊ poſt ſabbatū eū interficere volebāt. Apparuit ergo ei dominꝰ ieſus ⁊ faciē eius exterſit. ⁊ oſculū dedit. ⁊ inde saluis ſigillis in ꝓpriā domū reportauit.

Dominꝰ apparuit Jacobo minori.
Capitulū. xcv.

a Pparuit etiā dñs ieſus iacobo minori. q̄ vouerat ſe nō comeſturū niſi videret dñm reſuſcitatū. Dixit ḡ ei ⁊ his qui cū eo erant. Ponite mēſam. Deinde panē accipiens. bñdixit ⁊ dedit ei dicēs. Comede dilecte frater mi. q̄ꝛ filꝰ hoīs ſurrexit a mortuis. Iſta vero refert Hieronymus.

Q̄d dñs apparuit Petro.
Capitulū. xcvi.

c Um aūt magdalena ⁊ ſocie redeuntes domū narrātes diſcipul̄ reſurrexiſſe dñm. Petrꝰ merens q̄ dñm ſuū non viderat. nec q̄ſcere valens ꝓpter amoris vehemētiā. Diſceſſit ab eis ⁊ ſolus ibat verſus ſepulchrū. Neſciebat enim vbi eū alibi q̄reret. Dū ergo ꝑgeret dominus ieſus apparuit ei dicēs. Pax tibi ſimon. Tūc petrus ꝑcutiens pectus ſuū et ꝓcidens in terrā cū lachrymis. dixit. Dñe dico meam culpam. q̄ꝛ te dereliqui. ⁊ pluries negaui. ⁊ oſculatꝰ eſt pedes eius. Dominus aūt ipm erigens. oſculatꝰ eſt eū dicens. Pax tibi. noli timere. omnia peccā ſunt tibi dimiſſa. ego bene ſciebā ⁊ ꝑdixi tibi. Nunc ḡ vade ⁊ confirma frēs tuos. ⁊ cōfide q̄ꝛ mortē ⁊ omnes inimicos vr̄os ⁊ aduerſarios deuici. Hic ḡ ſilr̄ fit magnuȝ paſcha. Stāt ⁊ colloquunt̄ adinuicē. ⁊ diligent̄ petrꝰ aſpicit eū ⁊ ſingula notat. Bñdictiōe ꝟo accepta rediens ad dñam ⁊ ad diſcipulos oīa narrauit. Scire aūt debes q̄ de apparitōe facta dñe nihil cōtinet̄ in euāge. iō aūt ipam poſui. ⁊ añ alias ꝑmiſi. q̄ꝛ de ipā videt̄ tenere eccīa. vt ī legenda de reſurrectōe dñi plenꝰ habet̄.

De reditu dñi ad ſctōs p̄res poſt reſurrectionē. Caplm̄. xcvij.

d Ominꝰ ergo ih̄s cū diſceſſit a petro q̄ꝛ nondū viſitauerat ſctōs patres poſt reſurrectionē ſuam quos ī paradyſo deliciarum dimiſerat. rediit ad eos procedens in ſtola candida cum multitudine angelorum. Quem ipi in tanta gloria ꝓſpicientes a longe cū indicibili exultatiōe ⁊ iubilo canticꝭ ⁊ laudibꝫ ſuſcipiūt eū dicentes. Ecce rex nr̄. Uenite occurramꝰ ſaluatori nr̄o. Magnū principiū ⁊ regni eius nō erit finis. Dies ſanctificatꝰ illuxit nob. Uenite om̄es ⁊ adoremꝰ dñm. ⁊ ꝓcidentes in terrā adorauerunt eū. ⁊ ſurgētes ⁊ ſtantes eū eo reuerent̄ ⁊ iocunde cōpleuerunt laudes ſuas. dicētes. Uicit leo de tribu iuda. refloruit dñe caro mea. adimples nos leticia cum vultu tuo. delectatiōes in dextera tua vſq̄ȝ in finē. Reſurrexiſti glīa noſtra. exultabimꝰ ⁊ letabimur in te. Regnū tuuȝ regnū omniū ſeculorū. ⁊ dominatio tua vſq̄ȝ in generatione ⁊ generatōem. Et nos non diſcedimus a te. reſuſcitabis nos ⁊ nomen tuuȝ exaltabimꝰ. Precurſor pro nobis in/

greſſus eſt. pontifex fact⁹ in eternū. Hec ē dies quā fecit dñs. exultem⁹ ⁊ letemur i ea. Hodie illuxit nob dies redēptiōis reparationis antique felicitatis eterne. Hec eſt dies quā fecit dñs ⁊c. Hodie p totū mūdū melliflui facti ſunt celi. q2 dñs regnauit a ligno. Dñs regnauit decorē indut⁹ eſt indut⁹ eſt dñs fortitudinē ⁊ p̄cinxit ſe. Cantate ei canticū nouū. q2 mirabilia fecit. Saluauit ſibi dextera ei⁹ ⁊ brachiū ſcēm ei⁹. Nos aūt populus ei⁹ ⁊ oues paſcue ei⁹. venite adorem⁹ eū. Approximquāte aūt hora veſptina dicit eis dñs ihs. cōpatior frib⁹ meis. q2 ꝑpt mortem meā ꝯtriſtati ⁊ ꝯtriti diſperguntˀ ſicut oues errātes. ⁊ multū deſiderāt me videre. Vadā ergo ⁊ oſtēdā me ipis. ꝯfortabo ⁊ cōſolabor eos et cito reuertar ad vos. At illi ꝓuidētes dixerūt. Sic fiat dñe vt dixiſtis.

Q dñs apparuit duob⁹ diſcipulˀ eūtib⁹ in emaus. Capitulū. xcviij.

C Um ergo duo ex diſcipulˀ eius irēt ꝯſus caſtellū emaus quaſi iam deſperati de ipo. ⁊ irēt triſtes. de his q̄ acciderant ꝯferētes. venit dñs ihs ⁊ iunxit ſe ipis in ſpecie pegrini. ⁊ ibat cū ipis interrogans eos. ⁊ rñdens. ⁊ ꝯferēs v̄ba ſalubria. vt in euāgelio habes. Tandē coact⁹ ab eis intrauit cū illis ⁊ manifeſtauit ſe ipis. Hic aūt diligentˀ attende ⁊ ꝯſidera bonitatem ⁊ benignitatē dñi tui. Primo q2 ñ potuit ei⁹ feruens amor ſuſtinere ſuos ſic errare ⁊ triſtari. Vere fidus amic⁹ eſt fidelis comes. Et benignus dñs iungit ſe ipis. querit triſticie cauſam ⁊ exponit eis ſcpturas. inflāmans corda eoꝝ ad omnē rubiginē extirpandā. Sic q̄tidie nobiſcū facit ſpiritualitˀ. Si em̄ grauati aliq̄ ꝑplexitate vel accidia de ipo loq̄mur. ſtatim adeſt ꝯfortans ⁊ illuminans corda nr̄a ⁊ etiā inflāmans i amorem ſui. Optimū em̄ eſt cōtra tales peſtes loqui de deo. Vñ dicit ꝓpha. Q2 dulcia faucib⁹ meis eloquia tua dñe. ſup mel ⁊ fauum ori meo. Et iterū. Ignitū eloquiū tuū vehementˀ ⁊ ſer. tu. dilexit illud. Siltˀ etiā cogitare de deo. Vñ idē ꝓpha. Concaluit cor meū intra me. ⁊ in meditatōe mea exardeſcet ignis. Scd̄o ꝯſidera bonitatē eius nō ſolū ex amore vt dixi. ſed etiā ex hūilitate ꝓfunda. Conſpice nāq2 ipm quō humiliter vadit cū eis. Vadit nāq2 cū ſuis q̄i vn⁹ ex eis dñs oim. Nōne tibi videtˀ ad ꝑmorda humilitatē rediſſe. Exēplū nobis eſt ſimile faciendi. Sed ⁊ in alio attēde dñi humilitatē. q2 nō eſt dedignat⁹ hos diſciplˀos inferioris grad⁹. Nō em̄ erant iſti de aplˀis. ſed de aliis minorib⁹ diſcipulˀ. ⁊ cū familiariter iungit ſe ipis. vadit et loquitˀ. Non ſic elati. Nollent em̄ niſi cū precipuis viris et magnarū opū cōuerſari ⁊ ambulare. Itē in alio relucet hic ſua hūilitas. Nā ſi cōſideras elatos. videbis ꝙ nolūt ampulloſa verba ſua ſpargere inter paucos. ſed dñs etiā cū duob⁹ loquitˀ archana ſua. nō vilipendit paucos. imo nec etiā vnū ſicut fecit olim cū ſamaritana. Tercio ꝯſidera dñi bonitatē q̄ntū ad pñs negociū quō inſtruit diſcipulos ſuos in morib⁹. reficit ⁊ ꝯſolatˀ. Conſpicias ergo cum quō fingit ſe longius ire. vt eoꝝ augeat deſideriū ⁊ inuitetˀ ⁊ teneatˀ ab eis. ⁊ quō poſtea benigne intrat cū eis. Panē accipit ⁊ benedicēs ſuis ſacratiſſimis manib⁹ frangit ⁊ porrigit. ⁊ ſe ipm eis reuelat. Et q̄tidie hoc facit nobiſcū inuiſibilitˀ. Nā teneri vult ⁊ inuitari p deſideria. orationes ⁊ ſctās meditationes. Et ideo ſemper orare oportet ⁊ nō deficere vt ipe docuit q̄liter iſta fecit ad noſtrā erudinonē. vt. ſ. attendam⁹ ad opa pietatis ⁊ hoſpitalitatˀ. Et quō non ſufficit diuīa eloquia legere vlˀ audire niſi opere cōpˀeantˀ. De hoc in Omelˀ. Grego. ſup hoc euāgelio poterˀ plen⁹ edoceri. Nō aūt dedit iſtis ſuis diſcipulis magnā ſui copiā. ſed ſtatim porrecto eis pane euanuit ab oculis eoꝝ. Nā etiā alios conſolari volebat cū quib⁹ tamē etiā iſtos eſt cōſolatus.

Q dñs apparuit recluſis in die reſurrectionis.

Capitulum. xcix.

R Edierūt aūt p̄dicti duo diſciplˀi ſtatī in hierlˀm. ⁊ inuenientes alios diſcipulos ꝯgregatos. abſente Thoma eis iſta narrauerūt. At paritˀ audierūt. Q2 ſurrexit dñs ⁊ apparuit ſimoni. Tunc dñs ieſus intrās ad eos ianuis clauſis. ſtetit in medio eoꝝ ⁊ dixit eis. Pax vob. Diſcipuli vero ꝓcidētes in trā. ⁊ ſuā culpā dicētes ꝙ ſic eū dereliquerāt. ipm alacritˀ ſuſceperūt. Dñs ḡ. Surgite inq̄t frēs mei. q2 oia pctā ſunt vob dimiſſa. Stat ḡ familiaritˀ int eos. ⁊ oſtēdit eis man⁹ ⁊ lat⁹. ⁊ apit eis ſenſū vt itelligāt ſcpturas ⁊ cogſcāt reſurrectōē ſuā. Petit ab eis ſi hēant aliq̄d ad māducādū. ⁊ manducat coram eis partem piſcis aſſi. ⁊

ſauum mellis. Inſufflat in eos. ꝛ dicit eis. Accipite ſpm̄ ſctm̄. Uides quō iſta ſūt plena om̄i iocūditate ꝛ leticia. Gauiſi ſunt ḡ diſcipuli viſo dn̄o. Letant̄ corā eo q̄ an̄ erant panefacti. O q̄ꝫ libent̄ eidē illa porrexerunt vt comederet q̄ꝫ fidelit̄ ei miniſtrabāt. et q̄ꝫ iocunde aſſiſtebāt ei. Conſpice etiā dn̄am ibidē eſſe. qꝛ diſcipuli ꝯgregabāt ſe ad eaꝫ. Uide ḡ eam indicibili gaudio iſta ꝯſpicere ꝛ iuxta filiuꝫ familiarit̄ ſedere. ꝛ ſic expedit ſeruire alacrit̄. Dn̄s etiā ih̄s libent̄ ſuſcipit om̄e ſeruiciū de manibꝫ eiꝰ ꝛ eā reuerent̄ honorat corā diſcipulis. Nō autem omittas magdalenā dilectā diſcipulā ꝛ aplōꝝ apoſtolā. Conſpice etiā qualit̄ more ſolito ſedꝫ ad pedes mḡri ſui. diligent̄ audit ꝟba eius ꝛ ſi quid pōt etiā ipa gaudioſe ac toto affectu eidē miniſtrat. O q̄lis tunc eſt domūcula iſta. ꝛ q̄ꝫ gratioſuꝫ habitare in ea. Nonne tibi videt̄ etiā nūc hic eſſe magnū paſcha. ſi aliquid deuotiōis habes. puto ꝙ ſic. Sed parū ſtetit tunc dn̄s cū eis. qꝛ iā erat q̄ſi ſero. Tn̄ forte etiā ipi coegerūt eū aliq̄ntulū plus ſtare. rogātes ne ſic cito recederet. An nō credis ꝙ magdalena ſedēs ad pedes iuxta eū. teneret ꝑ pānos eū ꝯfident̄ ꝛ cū reuerenti audacia. ne diſcederet ita cito. Erat ei indutus veſtimētis albiſſimis. veſtibꝫ glie ſue. Sic em̄ eū tenebat. nō ꝓſumptuoſe. et ꝯfident̄ faciebat ſic diligens. ſic dilecta. nec dn̄o diſplicebat. Teneri vult dn̄s vt ptꝫ in duobꝫ diſcipul̄ ſup̄ enutibꝫ in emans. Tandē dn̄s reuerētia mr̄i exhibita. ſilr̄ ꝛ ab ea recepta licentia. bn̄dicens om̄es receſſit ab eis. Ipi vero ꝓcidentes de cita reuerſione rogauerūt eundē. Remāſerunt aūt famelici ꝛ ſitibundi de dn̄o de q̄ tantā copiā habere ꝯſueuerant. eū ſepe ſuſpirijs ꝛ deſiderijs reuocantes. Uidiſti q̄tiens hodie habuiſti paſcha. nā om̄s iſte apparitōes ī die paſchatis fuerūt. Sed forte audiſti ſed nō ſenſiſti qꝛ nec forte in paſſiōe cōpaſſionē habuiſti. Credo em̄ ꝙ ſi in paſſione compati ſcires ꝛ mentē hr̄es vnitā ꝛ nō ſparſaꝫ ad ſecularia vl̄ ſupflua vl̄ curioſa. in q̄libet vice ſentires paſcha. Et hoc de q̄libet die dn̄ico ꝯtingere poſſet. ſi mēte integra diebꝫ venerꝭ ꝛ ſabbati te cū paſſione dn̄i ꝓparares. Maxime dicente aplo. Si fuerimꝰ ſocij paſſionum. erimus ꝛ ꝯſolationū.

Q̄ dn̄s apparuit diſcipulis in octaua paſche ꝛ erat cū eis Thomas.

Capitulum. c.

a Duueniente aūt die octaua reſurrectionis. iteꝝ apparuit dn̄s ih̄s diſcipulis ianuis clauſis. ꝛ erat thomas cū eis q̄ prima die cū eis nō fuerat. ꝛ cū alij narraſſent ei. qꝛ viderant dn̄m. Rn̄dit. Niſi videro in manibꝫ eiꝰ fixurā clauoꝝ ꝛ mittam digitū ꝛc̄. vt in euāgelio ꝯtinet̄. non credam. Dicit ḡ paſtor bonus ꝛ de puſillo ſuo grege ſollicitꝰ. pax vobis. Deinde dicit thome. Infer digitū tuū huc ꝛ vide manꝰ meas. ꝛ affer manū tuā ꝛ mitte in latꝰ meum ꝛ noli eſſe incredulꝰ ſed fidelis. Tūc thomas ꝓcidens tetigit cicatrices dn̄i. ꝛ dixit. Dn̄s meus ꝛ deꝰ meus. Hoīem em̄ vidit ꝛ deuꝫ credidit. Dixit etiā ſuā culpā de h̄ ꝙ ipe dereliquerat eū. ſic ꝛ alij dixerūt. Dn̄s aūt erigens euꝫ dixit. Noli timere. om̄ia pc̄ā ſunt tibi dimiſſa. Hoc aūt de thome dubitatiōe diſpenſatorie ꝑmiſſum eſt vt euidentioribꝫ argumētis reſurrectio dn̄i ꝓbaret̄. Conſpice aūt hic diligent̄ eū. ꝛ ꝯſidera ſolitā benignitatē. humilitatē ꝛ amorē feruentē ipius. quō ſcꝫ thome mōſtrat ꝛ alijs diſcipul̄ vulnera ſua. vt tolleret oēm obſcuritatē de cordibꝫ eoꝝ. ad ipoꝝ ꝛ nr̄am vtilitatē. Reſeruauit q̄ꝫ ſibi dn̄s cicatrices vulnerū maxīe ꝓpter tria. ſcꝫ vt faceret aplis fidē de ſua reſurrectione. Et vt ipas oſtēdat pr̄i qn̄ vult placare eū ꝛ interpellare ꝑ nob. Eſt em̄ noſter aduocatꝰ. Et etiā vt eas mōſtret reprobis in die iudicij. Stat ḡ dn̄s ih̄s cum matre ꝛ diſcipulis ſuis ꝑ aliquā morulā loq̄ns de regno dei. ꝛ ipi cū eo in leticia magna audientes iſta ꝟba excelſa ꝛ aſpiciētes faciem eiꝰ plenā gaudio ꝛ decore. Attende bn̄ eos circū circa ſtantes. ſed dn̄am familiaritꝰ iuxta eum. magdalenā vero ſp ad pedes eius ꝯſidera. Sta ꝛ tu reuerent̄ a longe tn̄. ſi forte miſcdia motꝰ faciat te vocari. Tandeꝫ dicit eis ꝙ vadāt in galyleā in montē thabor vt dī. ꝛ ibi apparebit eis. Et bn̄dictiōe data diſceſſit ab eis. Ipi vero remāſerūt vt ꝓus famelici ꝛ ſitibundi de eo ſed plurimū confortati.

Q̄ dn̄s apparuit diſcipulis in galylea.

Capitulū. ci.

p Oſt hec diſcipulis ad dictū locum ꝑgentibꝫ iteꝝ apparuit eis dn̄s ih̄s dicēs. Data eſt mihi oīs ptās in celo ꝛ in terra. Ite docete om̄es gētes baptizantes eos in noīe pr̄is ꝛ filij et ſpūſſancti.

docẽtes eos ſeruare q̃cũq; mãdaui vobis ⁊ ↄfortamĩ.q2 ego vobiſcũ ſum oĩb9 dieb9 vſq; ad ↄſummatõ3 ſeculi.adorauerũt aũt eũ in ſuo aduẽtu ⁊ ſtãt etiã nũc cũ magna iocũditate cũ eo Cõſidera bñ eos ⁊ ea q̃ dicta ſũt mõ ipis Nã magnifica ſunt valde. Manifeſtat eis qualit̃ eſt dñs oĩm.dat eis mãdatũ de p̄dicãdo.dat formã baptizãdi.dat etiaz vigorẽ eis p maximũ.dũ dicit q̧ ſp erit cum eis. Uides q̃ntã iocũditatẽ dat eis ⁊ q̃t oñdit eis inſignia charitat3. His g̃ dict3 p dñ3 data eis bñdictõe diſparuit ab eis.

Q̃ dñs apparuit diſcipulis ad mare tyberiadis Capl'm cij.

d Iſcipuli ṽo adhuc remãſerũt in galilea. Juerũt aũt q̃dã vice piſcatum ad mare tyberiadis ſeptẽ ex ipis ⁊ p totã noctẽ nihil ceperũt Mane facto dominus itez apparuit eis ⁊ ſtetit ĩ littore maris Attẽde aũt hic q̃ acta ſunt q2 iocundiſſima ſũt. Querẽs g̃ dñs ſi aliq̃d cepiſſent.rñdẽtibus nõ.dixit. Mittite in dexterã nauigij rethe ⁊ inuenIet3 Miſerũt g̃ ⁊ multitudinem magnã ceperũt. Dixit itaq; iohẽs petro. dominꝰ eſt. Tũc petrꝰ nudꝰ ex ñs ſuccinxit ſe tunica ⁊ feſtinꝰ veit p mare.alij ṽo nauigio venerũt. Et cũ deſcẽdiſſent viderũt piſcẽ poſitũ ſup prunas ⁊ panẽ patũ. Dñs ei h̃ eis parauerat. Fecit etiã accipi de piſcib9 cap2 ⁊ aſſari ⁊ ſil' cũ eis comedẽs fecit ↄuiuiũ ⁊ feſtũ magnũ cũ eis in littore mar3. Et ↄſuete humilitat3 ſue more miſtrans eis panẽ eis porrexit.fregit piſcẽ ⁊ ſil'r dedit eis. Stãt g̃ reuerẽter ⁊ multũ alacrit̃ iſti ſeptẽ diſcipuli cũ dño ſuo parit̃ cũ eo comedẽtes. Aſpiciũt faciẽ eiꝰ deſiderabilẽ ⁊ iocundã ⁊ exultãt ĩ cordib9 ſuis. Accipiũt de ſacratiſſimis manib9 eiꝰ eſcas delectabiles ⁊ reficiũt̃ nõ minꝰ ſpũaliter q̃; corpalit̃. O quale ↄuiuiũ eſt illud. Cõſpice bñ ſingula ⁊ ſi potes paſcar3 cũ eis Attẽde nihilominꝰ q̃ ſequũt̃.q2 pulcerrima ſunt ⁊ vtiliſſima. Nã cõpleto iſto ſolẽni ↄuiuio dic̃ dñs petro. Diligis me plꝰ his. et petrus. Dñe tu noſti q2 amo te. dic̃ ei dominꝰ Paſce agnos meos ⁊c̃. Sic ter interrogãs recõmẽdauit ei gregẽ ſuũ In q̃ dñi benignitatẽ ſolitã ↄſidera.charitatẽ ⁊ humilitatem. Ecce eñ vides quõ diligẽter affectuoſe ĩmmo reiterat ⁊ recõmẽdat petro aĩas nr̃as. Itez aũt dñs poſt hec p̄dixit petro mortez ipiꝰ dicẽs. Cũ eſſes iunior cingebas te ⁊c̃ ſignificãs q̧ p paſſionẽ crucis clarificaturꝰ eſſ3 deũ. Et cũ de iohẽ petrꝰ q̃reret.hic aũtẽ q̃d. Dñs rñdit. Sic eũ volo manere donec veniã.q.d. Nolo q̧ p viã paſſiõis me ſequat̃.ſ3 in ſenio ↄtẽplatiõe requieſcet. Q̃uis alij diſcipuli intelligerẽt q̧ nõ moreret̃. ſ3 nõ erat h̃ magnũ donũ cũ meliꝰ ſit diſſolui ⁊ eſſe cũ xp̃o. Attẽdiſti q̃; multa ⁊ q̃; magnifica facta ⁊ dicta ſunt in hac apparitiõe. Poſt h̃ diſparuit dñs ab eis ⁊ more ſolito redijt ad ſctõs p̃res. Diſcipuli ṽo cũ magno gaudio remãſerũt ⁊ poſtea redierũt in hierl'm ⁊c̃.

Q̃ dñs apparuit plus q̃; q̃ngentis fratribus ſimul. Capitulũ.ciij.

i Ertio aũt apparuit dñs plꝰ q̃; q̃ngentis fratrib9 ſimul.vt dicit apoſtolus Sed quo loco aut q̃ñ nõ eſt ſcriptum. S3 ſtans benignꝰ dñs inter eos p̄dicans ⁊ loquẽs de regno dei.magna eos iocũditate repleuit.

De duodecim apparitionibus. Capitulũ.ciiij.

b Abes g̃ duodecim apparitiões dñi poſt reſurrectiõem vſq; ad aſcẽſiõez abſq; duab9 cũ aſcẽſione primo dicẽdis.⁊ ſic fuerũt q̃ttuordecim. Scire tñ debes q̧ in euãgelio nõ ſunt ſcripte niſi decem. Nã quõ apparuit mr̃i nõ eſt ſcriptuz in aliquo loco. ſ3 ſic pie credit̃. Quõ aũt apparuit ioſeph dr̃ ĩ euãgelio nicodemi. Quõ etiam iacobo ſcripſit apl's ad Chor̃ ⁊ etiam refert beatꝰ Hiero. De iſta etiã de q̃ngẽt3 fratrib9 ſcribit beatꝰ apl's ibidẽ. Alie ṽo ſcripte ſunt in euangelio. Potes etiã meditari de plurib9. Nã veriſil'e eſt q̧ benigniſſimꝰ dñs ſepe m̃rem ⁊ diſcipulos viſitabat ⁊ magdalenã dilectã diſcipulã ↄfortãs ⁊ exhilarans eos q̃ ſic vehemẽter de ſua paſſione fuerãt ↄtriſtati ⁊ ↄterriti. Q̃d etiã beatꝰ Auguſtinꝰ ſentire videt̃ dicẽs de tpe poſt reſurrectõem Nõ oĩa inq̃t ſcripta ſunt.crebra erat eiꝰ cum eis cõuerſatio Et etiã forte ipi ſancti p̃res maxime abraã ⁊ dauid ad quos ſpecialiter facta fuit pmiſſio de filio dei veniebãt cũ eo ad videndã illã ſuã excellentiſſimã filiã matrem dñi q̃ p̄ eis oĩb9 gratiã inuenit ⁊ genuit redemptorẽ O q̃; letãter eã reſpiciebãt ⁊ reuerẽter ſe inclinabãt eidẽ ⁊ oĩ qua poterãt benedictiõe replebãt q̃uis nõ viderẽt ab ea Potes etiã ↄſiderare in hoc benignitatẽ charitatẽ ⁊ humilitatẽ dñi more ſolito. de quib9 ſepe fecimꝰ mentionẽ.⁊ in oĩbus factis eiꝰ relucẽt. Q̃ etiã poſtq̃; glorioſe vi

cerat ⁊ reſurrexerat pegrinari adhuc voluit p q̄draginta dies vt ſuos diſcipulos cōfirmaret ⁊ roboraret. Digne nāq₃ poſt tot annoꝝ curricula. pꝰ tot labores ⁊ afflictiones. pꝰ tā ignominioſa₃ ⁊ acerbā mortē poterat triūphator ad ſuā gl'iam remeare. ⁊ p ſuos angl'os ꝯfirmare ⁊ ꝯfortare apl'os p ſuo nutu. S₃ q2 h̄ nō patiebat᷑ charitas ſua. perſonalit᷑ voluit ꝯuerſari cū eis apparēs eis p q̄draginta dies in m̄l'tis argumētis. ⁊ loq̄ns de regno dei. Pro eis fec̄ h̄ ⁊ p nobis. ſ₃ nō aduertimꝰ. Dilexit ⁊ diligit te vehementer ⁊ nō diligit᷑ cū ad talē ac t̄m ignē nō ſolū calefieri ſ₃ ardere debeamꝰ. Nūc ad aſcēſionem veniamus.

## De aſcēſione dñi. Capitulū. cv.

Circa dñicā aſcēſionē te vigilē eſſe oꝫ vt ſi vnq₃ toto mēt₃ conatu te p̄ntē₃ exhibuiſti v̄bis ⁊ fact₃ eiꝰ. nūc faciaſ multo mag₃. Nā hec ſolēnitas oēs ſupat alias vt clariꝰ infra tibi oſtēdā. Et ſaltē h̄ te aīmet ad attentionē q̄ nūc dñs diſceſſurꝰ eſt corꝑali p̄ntia. cōpleto ſue pegrinatōis curſu. Vn̄ v̄ba ⁊ facta ipiꝰ ſunt attētiꝰ ꝯſideranda. Quelibet em̄ aīa fidel' debet ſpōſum ſuum. dñm ſuū. ⁊ deū ſuū in eiꝰ diſceſſu vigilātiſſime obſuare. ⁊ q̄ p eū dicūt᷑ ⁊ fiūt viſceroſius mēte amplecti. ⁊ eidē ſe deuotiꝰ ⁊ hūiliꝰ recōmēdare. ⁊ totalit᷑ aīum ſuū ab aliꝫ abſtrahere. Quadrageſimo itaq₃ die a reſurrectiōe ſciēs dñs ieſus q2 venit eiꝰ hora vt trāſeat ex h̄ mūdo ad prēm. cum dilexiſſet ſuos nūc v̄o in finē dilexit eos. Accipiēs ḡ de paradiſo terreſtri ſcōs p̄res ⁊ alias aīas ſ̄ctas ⁊ bn̄dicēs helye ⁊ enoch ibi remanētibꝫ ⁊ adhuc viuētibꝫ. venit ad diſcipl'os ſuos q̄ erāt in cenaculo ī mōte ſyon cū matre ipiꝰ ⁊ aliꝫ ⁊ apparēs eis. voluit etiā añ diſceſſum ſuum prandere cū ipis in ſignū memorialis dilectiōis ⁊ gaudij. Omibꝫ ḡ ſimul comedētibꝫ cū leticia magna in h̄ vltimo ꝯuiuio dñi ſui. Dicit eis dñs ih̄s. T̄ps eſt vt reuertar ad eū q̄ miſit me. vos aūt manete h̄ in ciuitate quſq₃ induamī v̄tute ex alto q2 infra paucos dies replebimī ſpū ſctō put vobis pmiſi. Poſtea ibitis p vniuerſum mūdū p̄dicātes euāgeliū meū baptizādo credētes. ⁊ erit₃ mihi teſtes vſq₃ ad vltimū terre. Exprobrauit etiam eis incredulitatē eoꝝ q2 his q̄ viderant eū reſurrexiſſe. ſ. angelis ſuis nō crediderūt. Hoc nūc marie facit cū de p̄dicādo dicebat quaſi daret eis intelligere. multo magis debebatis vos angel' credere etiā añq₃ me videretis q̄₃ gētes q̄ credēt vobis p̄dicātibꝫ. ⁊ me nō videbūt. Fecit etiā h̄ vt cognoſcētes defectū ſuū remanerēt humiliores. oñdens eis in ſuo diſceſſu q̄₃tū placebat ei hūilitas. ⁊ quaſi eā peculiariter recōmendaret eiſdē₃ Querētibꝫ aūt eis de tēpibꝫ futuris noluit r̄ndere. q2 nō expediebat eis. Stāt ḡ comedūt ⁊ loquunt᷑ ⁊ gaudēt ꝓpter p̄ntia₃ dñi ſui ſ₃ nihilominꝰ turbati ꝓpter diſceſſum. Tāta em̄ amoris teneritudine diligebāt eū q̄ etiā verba diſceſſus ſui nō poterāt equo animo ſuſtinere. Quid aūt dicā de m̄re iuxta eum prandēte q̄ ſup oīes ſic intenſe eū amabat An n̄ credis q̄ ad hec v̄ba diſceſſus filij. materne dilectiōis tacta ⁊ cōmota dulcedine reclinaret caput ſuū ſup filiū. ⁊ recūberet ſup pectꝰ eiꝰ. Nā ſi iohānes h̄ fecit in cena. nunc multo mag₃ meditari potes de ipa. Vn̄ ſuſpirās cū lachrymis eū rogabat dicēs. Fili mi ſi diſcederis ducas me tecū. Dñs aūt cōſolatꝰ eā dicebat. Rogo mater cariſſima ne feras moleſte diſceſſum meū q2 vado ad patrē. Te aūt remanere h̄ expedit ad tempꝰ ꝓpter ꝯfirmādos credētes. poſtea venia₃ ad te ⁊ aſſumā te ad gl'iam meā. Ad quē mater. Fili mihi dilectiſſime. fiat volūtas tua. na₃ nō ſolū remanere ſ₃ ⁊ mori pata ſum p aīabus p q̄bꝫ ⁊ mortuꝰ fuiſti. ſ₃ eſto memor mei. Dñs aūt eā ⁊ diſcipulos ⁊ magdalenā ⁊ alias ꝯſolabat᷑ dicēs. Nō turbet᷑ cor veſtrū neq₃ formidet. nō relinquā vos orphanos. vado ⁊ venio ad vos ⁊ ſemp ero vobiſcū. Tādem dicit eis q̄ exeāt in montē oliueti. q2 inde volebat aſcēdere. ⁊ tūc diſparuit ab eis. Mater ergo ⁊ oīēs alij ſine mora iuerunt ad dictū montē q̄ eſt ab hier'lm ad vnū miliare. ⁊ ibidē iterū apparuit eis dñs. Ecce q̄modo habes hodie duas apparitiōes. Tūc amplexatꝰ eſt matrē valefaciēs ei. ⁊ m̄r eum tenerrime. Diſcipuli aūt ⁊ magdalena ⁊ omnes alij ꝓcidētes ⁊ lachrymātes deoſculati ſunt pedes eiꝰ. Ipe vero ſuos apl'os erigēs benigne oſculatꝰ eſt. Cōſpice nūc eos bene ⁊ cūcta que fiūt. Cōſidera nihilominꝰ ſ̄ctos patres ibidē exiſtētes. inuiſibiliter tamen. q̄modo libēter ⁊ reuerēter intuētur dominā. ⁊ affectuoſe benedicūt. p quā tantū beneficium ꝯſecuti ſunt. Quomō etiā intuent᷑ illos excelſos pugiles ⁊ duces diuini exercitꝰ. q̄s inter oēs elegit dominꝰ ad expugnandu₃ et vincendū vniuerſum mūdū. Tādē ꝯpletis

cunctis myſterijs cepit dñs Jeſus eleuari
ab eis ꝛ aſcẽdere ꝟtute ſua. Tũc mater ꝛ om
nes alij ꝓcidebãt in terrã. Et dicebat domi
na. Fili mi bñdicte memoꝛ eſto mei. ꝛ ꝓpter
diſceſſum nõ poterat lachrymas continere
gaudebat tñ multũ ꝙ filiũ ſuũ ſic glioſe cer
nebat petere celũ. Siŀr ꝛ diſcipuli eiꝰ dice/
bant. Dñe ꝓ te dimiſimꝰ oĩa. eſto memoꝛ
noſtri. Ipſe ꝟo eleuatis manibꝫ. facie ſerenꝰ
ꝛ gaudẽs regio moꝛe coꝛonatꝰ ꝛ oꝛnatus tri
umphaliť ferebatur in celũ. Bñdicẽs eis dixit
Cõſtantes eſtote ꝛ viriliter agite qꝛ ſp vobi
ſcum ero. Aſcẽdebat aũt ſecũ ducẽs illã no/
bilẽ multitudinẽ iter pandẽs añ eos vt dixe
rat Micheas ꝓpha. Dñs itaqꝫ glorioſus cã
didus ꝛ rubicũdꝰ. ſplẽdens ꝛ gaudioſus p̄/
cedebat eos. viã eis oñdens. ꝛ ipi cãtantes
ꝛ iubilãtes letiſſimi ſequebanť eũ dicentes.
Cantemꝰ dño ꝗ aſcẽdit ſup occaſum. domi/
nus nomẽ illi. Cõfiteanť dño miſericoꝛdie
eiꝰ ꝛ mirabilia eiꝰ filijs hoim. Benedictꝰ es
dñe deꝰ noſter ꝗ ſaluos facis ſperantes i te
deducẽs populũ tuũ in exultatiõe. ꝛ electos
tuos in leticia. Exaltare ſup celos deꝰ. ꝛ ſup
omnẽ terraꝝ glĩa tua vt liberenť dilecti tui.
Aſcẽdens in altũ ꝓſpeꝝ iter faciẽs nobis. ꝑ
ducens nos in reſrigeriũ. educiſ vinctos tu
os in foꝛtitudine. deſideriũ noſtꝝ tribuens
nob. Intrabimꝰ in domũ tuã ꝛ in cõſpectu
angeloꝝ tuoꝝ tibi pſallemꝰ. Glĩa laus ꝛ ho
noꝛ tibi ſit rex xp̄e redemptoꝛ. Regna terre
cãtate deo pſallite dño. Interim aũt micha
el p̄poſitꝰ paradiſi ꝑgens ad p̄riam nũciaue
rat ꝙ dñs aſcẽdebat. Ecce omẽs ſpirituũ
oꝛdines ſeriatim ꝑ acies ſuas occurrerũt ei
dem vnꝰ ex eis nõ ꝑmãſit ꝗ nõ veniret obui
am dño ſuo. ꝛ inclinãtes ſe cũ omĩ qua pote
rãt reuerẽtia deducebãt eũ cũ hymnis ꝛ cã/
ticis ineffabilibꝫ. Quis eñ poſſet cantꝰ ꝛ iu
bilos ꝗ ab ipis fiebãt explicare. Aduenerũt
ꝗ p̄ncipes ꝯiũcti pſallẽtes ꝛ dicebãt. Allelu
ia all'a all'a. noĩe ꝗ in dñi rex bñdicte venis.
Nũc tibi regnãti pangimꝰ ecce melos. All'a
all'a all'a. Benedictꝰ es dñe ꝗ ſedes ſup che
rubin ꝛ intueris abyſſos. all'a all'a. Dignuſ
es dñe omĩ laud ꝛ honoꝛe all'a. Quia victo
riam glorioſe feciſti. alleluia. Cõfiteanť celi
mirabilia tua dñe. all'a ꝛ virtutẽ tuam. Ecce
nũc aſcẽdunt tribꝫ tribꝫ dñi all'a. vt cõfitean
tur ꝛ dicãt tibi all'a. Ad letandũ in leticia gẽ
tis tue. vt lauderis cũ hereditate tua allelu/
ia all'a all'a. In huiuſmodi cãticis ꝛ ꝓceſſio/
nibꝫ dñm honoꝛabãt vtrimqꝫ coꝛã ipo exul
tantes. ꝛ eidẽ feſtũ honoꝛificũ cũ omni reue
rẽtia faciẽtes. Et ꝗs poſſet hoc gaudiũ enar
rare. Sꝫ ꝛ illud ꝗs dicere poſſet ꝙ tã beatiſ
ſimi ſpũs ꝙꝫ ſanctiſſimi p̄res ſimul habuerũt
cum ſibi ad inuicẽ occurrerũt. Sup̄ni ergo
ſpũs reuerẽtia ꝑus dño exhibita ꝛ canticiſ eiꝰ
expletis. illis cũ magna iocũditate dicebãt.
Principes populoꝝ bñ vos venire gratula
mur all'a. Cõgregati eſtis cũ deo veſtro all'a
ꝛ vehemẽter eleuami all'a. Pſallite ei ꝗ aſcen
dit ſup celũ celi all'a all'a. Et ſancti p̄res ala
criter reſpõdebant. Principes populi dñi.
all'a. Cuſtodes ꝛ adiutoreſ noſtri all'a. Gau
dium vob ꝛ pax all'a. Pſallite ꝛ vos regi no
ſtro all'a. Exultate deo adiutoꝛi noſtro all'a
all'a all'a. Simul etiã ſe ad inuicẽ adoꝛãtes
dicebãt. In domũ dñi letãtes imus. all'a al
leluia. Simul nos capiet vrbs veneranda
dei all'a. Ouces paſcue dñi poꝛtas eiꝰ ꝛ atria
intremus all'a. in hymnis ꝛ canticiſ alleluia
Dominꝰ eñ virtutũ nobiſcũ alleluia. ſuſce/
ptoꝛ noſter eſt all'a all'a. Vides ꝗ ꝙ omẽſ
iubilabãt ꝛ pſallebãt. Nã iuxta prophetam.
Aſcẽdit deꝰ in iubilatõe ꝛ dominꝰ in voce tu
be. Aſcẽdit aũt dñs Jeſus plane ꝓpter cõſo
latiõem matris ꝛ diſcipuloꝝ quouſqꝫ eũ po
terãt videre. Ex tũc aũt nubes ſuſcepit eum
ab oculis eoꝝ. ꝛ in momẽto cũ omĩbꝫ ange
lis ꝛ predictis patribꝫ ſanctis fuit in patria
Sic eñ dicit p̄dictꝰ ꝓpheta. Ponis nubem
aſcẽſum tuũ ꝗ ambulas ſup pẽnas ventoꝝ
Penne ventoꝝ dicunť ſummitates vẽtoꝝ.
id eſt. ꝑtes ille que p̄cedunt ꝛ velociores ſũt
Et ipſe adhuc velocius aſcẽdit ex quo nubẽ
interpoſuit. Stabãt ergo mater ꝛ diſcipuli
ꝛ magdalena ꝛ alie flexis genibꝫ ꝛ intuebã/
tur in celũ euntẽ illũ quouſqꝫ poterãt. O ꝗd
erat videre dominũ ſic glorioſe aſcendẽtem
ꝛ quid ſi ꝗs potuiſſet videre ꝛ audire beatiſ
ſimos ſpiritꝰ ꝛ aĩmas ſanctas cũ eo pariter
incedẽtes. foꝛte p̄ gaudio ſepata fuiſſet ani/
ma talis a coꝛpe. ꝛ cũ eis etiã aſcendiſſet. Cũ
ergo ſic vultibꝫ adhuc eleuatis aſpicerẽt. ec/
ce duo angeli ſteterũt iuxta illos in veſtibꝫ
albis dicentes. Viri galilei quid ſtatiſ aſpi/
cientes in celũ. Hic ieſus qui a vobis aſſũ/
ptus eſt in celũ. ſic veniet quẽadmodũ vidi/
ſtis eũ euntẽ in celũ. Redite ergo in ciuitatẽ
ꝛ expectate ſicut dixit vobis. Conſidera hic
quomõ ꝺ ipis dominꝰ fuit ſolicitꝰ. Nam ſta/
tim cũ euanuit ab oculis eoꝝ miſit angelos

ſuos ne nimiũ ibidẽ ſtantes fatigarent᷑. ⁊ vt
cõfortarent᷑ audiẽtes angelicũ teſtimoniuȝ
cõcordare ſecũ de aſcẽſione domini ſui. Au
ditis ergo his verbis dña humiliter roga/
uit angelos illos vt eã recõmendarent filio
ſuo. Illi vero ſe vſq̧ ad terrã inclinãtes ei/
dem libẽter ſuſceperũt mandatũ eiꝰ. Simi
liter apoſtoli magdalena ⁊ oẽs alij dixe/
runt eis. Illis itaq̧ diſparẽtibꝫ ipi redierũt
in ciuitatẽ ad montẽ ſyon ibiq̧ morabãtur
expectãtes vt dñs ihs mãdauerat eis. Do
minꝰ autẽ Jeſus cũ vniuerſa ꝑdicta felici ⁊
magnifica multitudine aperiẽs ianuas pa/
radiſi vſq̧ tũc humano generi clauſas triũ/
phaliter intrauit. ⁊ gaudẽter patri genufle/
ctẽs ait. Pater gratias ago tibi qui mihi de
diſti victoriã de oĩbꝫ aduerſarijs noſtris
Ecce amicos noſtros qui captiui teneban/
tur eos tibi ꝑſento. Sȝ ⁊ fratribꝫ ⁊ diſcipu
lis meis quos in mũdo reliqui. ꝓmiſi mitte/
re ſpiritũſanctũ. Rogo te pater mi vt imple
as ꝓmiſſionẽ. ⁊ eos recõmendo tibi. Tunc
pater erigẽs eũ fecit eũ ſedere a dextris ſuiſ
⁊ dixit. Bñdicte fili mi omnẽ poteſtatem et
iudiciũ dedi tibi. De iſtis diſcipulis ⁊ d̃ miſ
ſione ſpũſſancti ꝓ tuo velle diſponas. Om/
nes aũt ſancti patres ⁊ beatiſſimi ſpiritꝰ qui
adorãtes, ꝓciderãt in facies ſuas corã patre
ſurgẽtes/ reinceperũt cantica ſua ⁊ iubilabãt
corã deo laudes. Si enĩ moyſes ⁊ filij iſra
el poſt tranſitũ mariſ rub ri cecinerũt carmẽ
dño dicẽtes. Cantemꝰ dño glorioſe ⁊c. Et
maria ꝓphetiſſa ſoror eiꝰ ⁊ reliquę mulieres
eã ſequẽtes in tympanis ⁊ choris dño deo
canebãt. q̃nto magis nũc cũctis aduerſanti
bus ſupatis. Similiter cũ dauid deduce/
bat archã federis dñi in hieruſalẽ. totꝰ popu
lus canebat legitime. ⁊ dauid cuȝ cantoribꝫ
cytharã ꝑcutiebat. ⁊ oẽs laudabãt coram
dño in cytharis ſuis ⁊ tympanis. et Dauid
ſaltauit totis viribꝫ corã dño. quanto nunc
magis id faciebãt qui vere ſunt cũ dño i tã/
to gaudio conſtituti. Et ſi Johannes vt in
Apocal᷑. refert audiuit vocẽ in celo centum
quadragintaq̃ttuor miliũ cytharedorũ cy/
tharizãnũ in cytharis ſuis. ⁊ cantabant q̃/
ſi canticũ nouũ ante ſedẽ dei ⁊ agni. Quod/
cunq̧ gaudiũ illud ſignificet. ego multo ma
gis ipm hodie cõtigiſſe meditabor. Oẽs
ergo ibidẽ conſtituti pſallũt. oẽs exultãt.
omnes letant᷑. oẽs cantãt. oẽs gaudent
omnes iubilãt. oẽs manibꝫ plaudũt. om/
nes choriſant. oẽs iocundant᷑. oẽs tri/
pudiant. Vere nũc in ſuperna hieruſalẽ au
ditur canticũ leticie ⁊ ꝑ oẽs vicos eius ab
vniuerſis dicit᷑ Alleluia. Nunq̧ ab origine
mũdi tale feſtũ ⁊ tam ſolẽne paſcha celebra
tum eſt. nec vnq̧ erit forte niſi in die iudicij
cũ omnes ibi ꝑſentabunt᷑ electi cũ corpori/
bus glorioſis. Et ꝓpterea tibi dixi in princi
pio q̧ hec ſolẽnitas omnibꝫ cõſideratis cũ/
ctis ſupeminet alijs. Percurras ſingulas ⁊
videbis ſi verũ loquor. magnũ paſcha et ſo
lenne feſtũ eſt incarnatio dñi. ⁊ initiũ oĩs
noſtri boni. ſed hoc nobis nõ ſibi. Nam ipe
tũc in thalamo virginali incluſus eſt. Ma
gnum etiã paſcha eſt natiuitas eius. ſȝ et il/
lud nobis. Nã ſibi compatiẽdũ eſt. quia ad
tantã pauꝑtatẽ vilitatẽ ⁊ penuriã natꝰ eſt.
Magnũ ſimiliter quo ad nos feſtũ eſt paſ/
ſio eius. quia tũc oĩa noſtra peccata dele/
ta ſunt. Nihil enĩ vt ait Gregoriꝰ nobis na/
ſci profuit. niſi redimi ꝓfuiſſet. ſed ꝓpter tor/
menta duriſſima ⁊ mortẽ turpiſſimã quam
ſuſtinuit. nec ſibi fuit nec nobis eſſe dȝ ma/
teria gaudij ⁊ leticie. Magnũ inſuper et ſo
lenne ⁊ verũ paſca eſt reſurrectio ipſiꝰ domi
ni ieſu. tam ꝓ ſe q̧ ꝓ nobis. quia ipe glorio/
ſus triumphator apparuit. et nos iuſtificati
ſumꝰ. venerabilis itaq̧ multũ. ⁊ ideo ſingu
lariter in ipo cantat eccl'ia. Hec dies quam
fecit dominꝰ ⁊c. Et ſm beatũ Auguſtinũ in
ſermone ſuo. Hec dies ſanctior vniuerſis.
quod exponi poteſt de ꝑcedentibꝫ. Naȝ hec
dies aſcẽſionis maior ⁊ ſanctior videt᷑. quia
licet reſurrexerit dñs. adhuc tamẽ ꝑegrina/
tur in terris. adhuc eſt clauſa paradiſi por/
ta. adhuc ſancti patres nõ iuerũt ad patreȝ
que oĩa in aſcẽſione cõpleta ſunt. ⁊ ſi bene
inſpiciaſ quicq̃d deus fecit vſq̧ modo. fecit
vt ꝑueniret ad hũc finẽ. ⁊ ſine hoc oĩa ſua
opera erãt imꝑfecta. Nã celũ ⁊ terra ⁊ oĩa
que in eis ſunt. facta ſunt ꝓpter hominez ho
mo autẽ ꝓpter gloriã habendã. Ad ipam ꝑo
vſq̧ hodie nullꝰ quantũcunq̧ iuſtꝰ ꝑtinge/
re poterat poſt peccatũ. Vides q̧ magnifi/
cus ⁊ mirificꝰ fit iſte dies Simili᷑ magnuȝ
paſca valde dies penthecoſtes. ⁊ eũ multuȝ
ſolẽniſat eccleſia ⁊ recte. quia tũc donũ ſum
mum recepit. ſcȝ ſpiritũſanctũ. ſed ⁊ illo no/
bis non ſibi. Sed hodiernꝰ aſcẽſionis dieſ
eſt ꝓprie feſtũ ſolenniſſimũ dñi Jeſu. quia ho
die incipit ſedere ad dexterã patris ⁊ requiẽ
capit a peregrinatiõe ſua. Et etiã ꝓprie feſtũ

ꝙ xp̄s hūiliatꝰ fuit vſq̄ȝ ad vituperatiſſimū genꝰ mortꝭ. ⁊ intātū factꝰ eſt hūilis vt q̄ſi leproſus reputaret̃. Vñ dicit Iſa. ꝓpħa. Reputauimꝰ eū q̄ſi lepſū ⁊ a deo hūiliatū. imo intātū fuit hūiliatꝰ vt tpe ſpiꝰ nihil vilꝰ eo reputaret̃. Vñ idē Iſa. dicit. In hūilitate iudiciū eiꝰ ſublatū eſt. Ac ſi diceret. Tanta eiꝰ hūilitas fuit. tm̄ ſe deiecerat vt nullꝰ de eo daret rectū iudiciū. vt a nullo crederet̃ d̄s eſſe. Si ḡ ip̄e dn̄s ⁊ mgr̄ nr̄ ita vilis ⁊ ꝯtēptibil̄ reputatꝰ ē. ⁊ nō eſt ſuꝰ maior dn̄o ſuo ⁊ diſcipulꝰ nō eſt ſup mgr̄m. Si ancilla xp̄i es. ſi diſcipula. vilis ⁊ ꝯtēptibil̄ eſſe debes ⁊ hūilis. O q̄ȝ abhoīabil̄ eſt ille religioſꝰ dn̄o q̄ veſtē ſumit hūilē ⁊ cor ſupbū. O q̄ȝ inutil̄ eſt ille xp̄ianꝰ q̄ dn̄m ſuū videt hūilē ⁊ deſpectū. ⁊ ip̄e exaltat cor ſuū ⁊ ābulat in magnis ⁊ in mirabilibꝫ ſup ſe. Quid amplꝰ deteſtādū in ſpōſa xp̄i. q̄d grauꝰ puniēdū in ancilla xp̄i q̄ȝ q poſtq̄ȝ ſūmꝰ factꝰ eſt imus. imenſus paruꝰ. ⁊ hō putredo ⁊ vermis apponat ſe magnificare. De talibꝫ dicit btūs Aug. O pellis morticina q̄d extēderiſ. O ſanies fetida q̄d inflariſ. Caput hūile ⁊ mēbrū ſupbū. q.d. Nō decet. Tercia ſemita ꝑ quā debes incedere ſi vis ad ꝑfectā hūilitatē ꝑuenire. circūſpectio tui ē. Tūc tēp̄am cariſſima ſoror circūſpicit. qñ cogitas vñ veneris aut q̄ vadis. Cōſidera ḡ vñ veneris ⁊ ſcias q̄ de maſſa ꝑditōis. de puluere ⁊ limo t̄re facta es ⁊ i pctīs ꝯuerſata ⁊ exul es de btitudie paradiſi. Et h̄ ꝯſideratio ſpm̄ tumoris abiicit ⁊ excludit intm̄ vt clamare incipias cū tribꝫ pueris in daniele. Sumꝰ hodie hūiles i vniuerſa t̄ra ꝓpter pctā nr̄a. Cōſidera etiā q̄ tendis. Tēdis eñ ad corruptionē ⁊ incinerationē. q̄ puluis es ⁊ i puluerem reuerteris. Quid igit̃ ſupbis t̄ra ⁊ cinis. Si hodie es cras nō eris. Si hodie ſanꝰ. cras īfirmaberis forte. Si hodie ſapiēs. cras forte ſtultꝰ eris. Si hodie diues in ꝟtutibꝫ. cras forte mēdicꝰ eris ⁊ miſer. Quis ḡ miſer ille xp̄ianus q̄ audeat ſupbire cū tantis miſerijs ⁊ calamitatibꝫ vndiq̄ȝ ſe videat circūdatū. Diſcite igit̃ o ꝟgines ſacrate hūilē hr̄e ſpm̄. hūilē inceſſū. hūilē hitū. Sola eñ hūilitas eſt q̄ diuinā mitigat irā. q̄ diuinā inuenit gr̄am. Quāto eñ magnꝰ es hūilia te in oībꝫ d̄r in Ecc̄o. ⁊ corā deo inuenies gr̄aȝ. Hoc mō maria iuenit gr̄am apud dn̄m ſic ip̄a teſtat̃ di. Reſpexit hūilitatē ancille ſue. Nec mirū q̄ hūilitas caritati locū ꝑparat. mētē a vanitate euacuat. Propt̃ q̄d dic̄ Augꝰ. Quāto ſumꝰ a tumore ſupbie inaniores. tāto ſumꝰ dilectōe pleniores. Et ſic aq̄ ꝯfluit ad valles ſic gr̄a ſpūſſcī ꝯfluit ad hūiles. ⁊ ſic aq̄ q̄nto fortiꝰ fluit tanto magꝭ deſcēdit. ſic q̄ toto corde hūiliatꝰ ꝓcedit. magꝭ ꝓpinq̄t ad dn̄m ⁊ impetrat gr̄am. Propterea dicit Ecc̄us. Orō hūiliantis ſe nubes penetrat. donec appropinq̄t ad altiſſimū nō ꝯſolabit̃. q̄ dn̄s timētiū ſe faciet volūtatē ⁊ dep̄cationē eoꝝ exaudiet. Sitis ḡ o famule dei ⁊ ancille xp̄i hūiles. ita vt nūq̄ȝ ſupbiā in cordibꝫ vr̄is ꝑmittatis. q̄ mgr̄m habuiſtis hūilē. ſ. dn̄m nr̄m ihm̄ xp̄m. Et q̄ dn̄am habuiſtis hūilē ſcȝ ꝟginē mariā reginā oīm. Sitis hūiles. q̄ prēm habuiſtis hūilē. ſ. btm̄ frāciſcū. Sitis hūiles q̄ mr̄em habuiſtis hūilē. ſ. beatā clarā hūilitatis exēplar. Sic tñ ſitis hūiles vt teſtis vr̄e hūilitatis ſit paciā. Virtꝰ eñ hūilitatis ꝑ paciam ꝓficit̃. Nec eñ eſt ꝟa hūilitas cui nō eſt adiūcta paciā. Et h̄ bn̄ teſtat̃ beatꝰ Augꝰ. di. Facile eſt velūȝ ante oclos ponere. veſtes viles ⁊ deſpectos hr̄e. demiſſo capite incedere. ſed verā hūilē ꝓbat paciā. Eccꝰ. In hūilitate tua paciam habe. Sed vt cū dolore loq̄r multi ſumꝰ q̄ ſupbire volumꝰ in clauſtro q̄ certe nō niſi hūiles fuimus in mūdo. Vñ btūs Ber. dic̄. Video de q̄ multū doleo. q̄ pꝰ ſp̄tā ſecl̄i pōpā nōnullos in ſcola hūilitatis ſupbiā addiſcere. ac ſub alis mitis hūiliſq̄ȝ mgr̄i grauiꝰ iſoleſcere ⁊ ipatiētes magꝭ fieri in clauſtro q̄ȝ fuiſſent in ſecl̄o. q̄d q̄ȝ magꝭ ꝑuerſuȝ eſt. pleriq̄ȝ i domo dī ň patiunt̃ hr̄i ꝯtēptui. q̄ in ſua nō niſi ꝯtēptibiles eſſe potuerūt. Cōſulo ḡ tibi o p̄dilecta ſoror. ꝯſulo ⁊ ꝟginibꝫ dō ſacratis. vt ꝟginitatē in hūilitate ⁊ hūilitatē in ꝟginitate ꝯſuēt. Eſt eī hūilitas mixta ꝟginitati ſic gēma auro ſupaddita. Propt̃ea dicit btūs Bern̄. Pulchra ꝑmixtio ꝟginitatis cū hūilitate. Nō mediocrit̃ placet deo iſta aīa in qua hūilitas cōmēdat ꝟginitatē ⁊ ꝟginitas hūilitatē exornat. Audi deniq̄ȝ ꝯſiliuȝ fr̄is tui. audi ſoror ⁊ placebit tibi. Fuge ſuperbas famulas velut viperas. ſperne ſuperbas ꝟgines tanq̄ȝ demones. Cōtēne ſocietatē ſupboꝝ velut virꝰ mortiferū. Et q̄re h̄ Audi quare. Quidā ſapiens deſcribit ſupbiam. dicēs. O m̄is ſupbꝰ intolerabilis. habitu ſupfluus. in inceſſu pompoſus. ceruice erecta. facie a torua. oculi truces. de loco ſuperiori decertat. ꝑferri ſe melioribꝫ affectat

ſnias ꝛ verba ꝛ facta iactat. reuerentiã ĩ ob/
ſequio nõ ſeruat. Propterea debes ſamula
dei ſponſa xpi virgo dñi fugere ſupboꝝ cõ
ſortia. ne ꝛ tu eis ſilis efficiaris. Dicit enim
Eccĩ. Qui cõicat ſupbo induet ſupbiã.

De paupertate religioſoꝝ. Capl'm. iij.

Si etiã paupertas virtꝰ ad pfectiõis
integritatẽ neceſſaria intãtũ vt nul
lus oĩno ſine ea poſſit eſſe pfectꝰ. te/
ſte dño q̃ dicit in euãgelio. Si vis pfectus
eſſe vade ꝛ vende oĩa q̃ habes ꝛ da paupibꝰ
Cũ eñ ſumma euãgelice pfectiõis ↄſiſtat ĩ
excellentia paupertatis credat ſe nõ apphen
diſſe pfectionis apicẽ q̃ nõdũ imitator pfe/
ctus factꝰ eſt euãgelice paupertatꝫ. Ait nanqꝫ
Hugo de ſctõ victore. Quicq̃d pfectiõis in
religioſis repiri poterit. nec tñ eſtimet̃ pfe/
ctionis integritas niſi diligat̃ paupertas.
Sunt aũt duo q̃ quẽlibet religioſuz hoiez
mouere debẽt ad amorẽ paupertatꝫ. Primũ
ẽſt diuinũ exẽplũ. qđ eſt irrephenſibile. Se
cũdũ eſt diuinũ pmiſſuz. qđ eſt ĩeſtimabile.
Primo dico ꝙ famulã xpi pmo mouere de
bet ad amorẽ paupertatis amor dñi nr̃i ieſu
xpi. Ipe eñ fuit paup naſcẽdo. paup cõuer
ſando paup moriendo. Vide q̃le exemplũ
paupertatis tibi reliquit vt ſuo exemplo effi
ciaris amica paupertatꝫ. Pauper fuit domi/
nus ieſus chriſtꝰ intantũ vt nõ haberet ho
ſpiciũ nec veſtimentũ nec alimentũ. ſed pro
hoſpicio habuit ſtabulũ. pro veſtimento vi
lem panniculũ. pro alimento lac virgineũ.
Item Apoſtolꝰ hanc paupertatem ↄſiderãs
ſuſpirans exclamauit dicẽs ad Corinthi/
os. Scitis gratiã domini noſtri ieſu chri/
ſti qui cũ eſſet diues. p nobis egenꝰ factus
eſt. vt eiꝰ inopia diuites eſſemꝰ. Et beatus
Bernardꝰ dicit. Bonoꝝ omniũ eterna af/
fluentia ſupperebat in celis. ſed paupertas nõ
ĩueniebat̃ ĩ eis. Porro ĩ terrꝫ habũdabat ꝛ
ſuphabũdabat h̃ ſpẽs ꝛ neſciebat hõ p̃ciũ eꝰ
Hanc itaqꝫ filiꝰ dei cõcupiſcens deſcendit
vt ſibi eam eligeret. nobiſqꝫ ſua eſtimatõne
faceret p̃cioſaz. Prebuit etiã ſe nobis in ex
emplũ paupertatis dñs nr̃ ieſus chriſtꝰ con/
uerſando in mũdo. Audi ꝟgo beata. audi/
te omnes qui pfeſſi eſtis paupertatẽ. ꝙ͂ paup
filius dei extitit rex angeloꝝ dum vixit in
mũdo. Intãtũ fuit paup vt aliquotiẽs ho
ſpiciũ habere nõ potuit. ſed cũ ſuis diſcipu
lis extra ciuitatẽ ꝛ villas dormire oportu/
it. Propterea dicit beatꝰ Matthęꝰ euãge/
liſta. Circũſpectis oñibꝰ cũ iam veſpera eſ
ſet exijt in bethaniã cũ duodecim. Sup h̃
verbo dicit gloſa. Circũſpectis ſi quis euz
in hoſpicio ſuſcipet. qꝛ tante erat paupertatꝫ
ꝛ ita nulli adulatꝰ. vt in tanta vrbe hoſpici/
um non inueniret. Et Marcꝰ dicit. Vul/
pes foueas hñt ꝛ volucres celi nidos. filius
aũt homĩs nõ habet vbi caput ſuũ reclinet
Non ſolũ dñs angeloꝝ fuit paup naſcẽdo
ꝛ cõuerſando. verũ etiã vt nos ad amorem
paupertatis accẽderet fuit pauprimꝰ morien
do. O vos oẽs q̃ vouiſtꝫ paupertatẽ attẽdite
ꝛ videte ꝙ͂ paup ille diues rex angeloꝝ ꝛ ce
loꝝ ppter nos fuerat tpe mortꝫ ſue. Fuit eĩ
ſpoliatꝰ veſtibꝰ qñ diuiſerũt veſtimẽta ſuaꝛ
ſup veſtẽ ſuã miſerũt ſortẽ. Fuit etiã ſpolia
tus corpe ꝛ aĩa. qñ acerbiſſima mortꝫ paſſi/
one aĩa ipiꝰ de corpe eiecta fuit. Fuit etiaz
ſpoliatꝰ diuina glã. qñ ipm nõ ſic deũ glorifi/
cauerũt. ſꝫ taqꝫ maledicũ tractauerunt. ſic
ipe Iob. xi. ↄq̃rit̃. Spoliauerũt me gloria
mea. De tãte paupertatꝫ exẽplis loq̃tur btũs
Ber. di. Videte paupem xpm natũ ſine ho
ſpicio. iacentẽ int̃ bouẽ ꝛ aſinũ in p̃ſepio. in/
uolutũ vili pãniculo. fugientẽ in egyptũ. ſe
dentẽ in aſino. pendẽtẽ nudũ in patibulo.
Quis igit̃ miſer xpianꝰ. q̃s ille deſpectꝰ re/
ligioſus q̃ adhuc diuitias amet. q̃ paupta/
tẽ deteſtet̃ cũ videat ꝛ audiat deum deoꝝ ꝛ
dñm mũdi. regẽ celi. vnigenitum dei tante
paupertatꝫ ſuſtinuiſſe defectũ. Magna vnqꝫ
vt dicit Bern̄. abuſio eſt. ꝛ nimis magna vt
diues velit eẽ paup cũ deꝰ maieſtatꝫ ꝛ dñs
deꝰ ſabbaoth voluit paup fieri. Querat di
uitias paganꝰ q̃ ſine deo viuit. Querat di/
uitias iudeꝰ q̃ t̃renas promiſſiões accepit.
Sed tu xpi ꝟgo ancilla dñi q̃ mente q̃res
diuitias cũ paupertatẽ voueris. cũ int̃ pau/
peres xpi viuas cũ p̃ris paupis Franciſci
velis eſſe filia. cũ paupis mr̃is Clare pmi/
ſeris eẽ imitatrix. Sup̃ modũ ſoror cariſſi
ma tua ac mea ↄfundit̃ auaricia. qꝛ cũ ſumꝰ
pfeſſores paupertatꝫ paupertatẽ ĩ auariciã cõ/
mutamꝰ. q̃ nõ licẽt. appetẽtes q̃ regl'a phibꝫ
cũ tñ filiꝰ dei p nob egenꝰ factꝰ ſit. Scio ꝙ
ita ſit ꝙ q̃to feruẽtiores pfeſſe paupertatꝫ fue
ritis amatores. q̃nto pfectiores euangelice
paupertatꝫ fueritꝫ imitatores. tãto magꝫ bo/
nis oĩbꝰ tã tpalibꝰ ꝙ͂ ſpũalibꝰ habundabi/
tis. Si aũt vos ad contrariũ conuerteritꝫ
ſi paupertatẽ quã pfeſſi eſtis ↄtẽpſeritis. oĩm
bonoꝝ tam tpaliũ ꝙ͂ ſpũaliũ egẽtes eritꝫ.

Illa em̄ paup̄ genitrix paup̄is Ihu maria
dic. Esurie͂tes impleuit bonis ⁊ diuites di/
misit inanes. Hoc etiā testat̄ p̄pha ille scṫissi
mus. Diuites eguerūt ⁊ esurierūt. inq̄rētes
aūt dn̄m nō minuent̄ oī bono. Nūq̄d nō le
gistis. Nūq̄d nō audistis dn̄m ihm̄ loquen
tē aplis suis in euāgelio Math. dicentem
Nolite soliciti esse dicētes q̄d mādu͂cabim⁹
aut q̄d bibem⁹. Scit em̄ pr̄ vester ⁊c̄. Audi
igit̄ itez̄ ī euāgelio Luce q̄d dic̄ eis. Qn̄ mi
si vos sine sacculo ⁊ pera ⁊ calciamētis. nun
q̄d aliq̄d defuit vob̄. At illi dixerunt. Nihil
Si int̄ iudeos duros ⁊ crudeles pascebat
dn̄s discipulos suos sine oī solicitudine. q̄d
miz̄ si pascat frēs minores ⁊ paup̄es sorores
paup̄tat̄ euāgelice imitatores int̄ populos
xp̄ianos ⁊ fideles. Oēm itaq̄ȝ solicitudinez
vestrā p̄iicite in eū. qm̄ ipi cura est de vobis
Cū igit̄ sit tanta dei p̄ris circa nos solicitu/
do. tāta sit sibi cura de nobis Miz̄ videtur
cur istis reb⁹ curiosis ⁊ defectibilib⁹ tāta oc
cupatiōe solicitamur Certe aliā causam nō
inuenio nisi q̄z affectiōes nostre lōge recesse/
rūt a deo salutari nostro Alia causa non est
nisi q̄z feruor diuine charitat̄ refrigiut ⁊ ge
latus est in nob̄. Certe si essem⁹ bn̄ feruētes
nudi nudū xp̄m seq̄remur. Nā homiēs cū
magnū estū habēt ꝯsueuerūt se denudare ⁊
expoliare. Signū magne frigiditatis est in
nob̄. q̄z ita attrahim⁹ nobis ista tp̄alia. O
de⁹ me⁹ quō possum⁹ ita duri esse ꝯtra xp̄m
q̄ exiuit de terra sua. i. de celis. ⁊ de cognatōe
sua. i. de angelis ⁊ de domo p̄ris sui. i. d̄ sinu
patris. ⁊ fact⁹ est p̄ nobis paup̄. abiect⁹. ⁊ de
spect⁹. ⁊ nos nolum⁹ p̄ eo misez̄ ⁊ fetidū mū
dum derelinq̄re. Corp̄e quidez relinquim⁹
mūdū. s̄ȝ heu totū cor ⁊ tota mēs totū desi/
deriū nr̄m occupat̄ ⁊ absorbet̄a mundo. O
beata dei famula recordare paup̄tatis dn̄i
nr̄i ihu xp̄i. imp̄me cordi tuo paup̄tatē pau/
peris p̄ris tui frācisci. inem orare matr̄ tue
clare ⁊ toto studio toto conamīe inhere pau
pertati. amplectere dn̄am paup̄tatē. nec sub
celo aliud p̄ noīe dn̄i velis q̄ȝ paup̄tatē. nō
honorē. nō diuitias s̄ȝ paup̄tatē sanctā quā
vouisti cura firmit̄ obseruare. Diuitias em̄
hr̄e ⁊ amare infructuosum ē. Amare ⁊ n̄ ha/
bere piculosum est. Hr̄e aūt ⁊ nō amare la/
boriosuz est. Igit̄ nec hr̄e diuitias nec ama
re vtile est. secuz̄ est. delectabile est ⁊ act⁹ vir
tutis p̄fecte. Et iō tā ꝯsiliū dn̄i de paup̄tate
q̄ȝ exemplū oēm xp̄ianū mouere debet ⁊ ac/
cendere ad amorē paup̄tat̄. O q̄ȝ btā pau/
pertas q̄ȝ amabilē deo. q̄ȝ secuz̄ deo in mū/
do reddis amatorē tuū. Qui em̄ vt d̄r Gre
gori⁹ nihil hȝ in mūdo q̄ð diligit. nihil est ī
mūdo q̄ð p̄timescit. Vn̄ legit̄ in vitaspatz̄ q̄
quidā paup̄ frat̄ habebat vnā mattā. d̄ me/
dietate coopiebat se in nocte ⁊ alterā medie
tatē submittebat corp̄i ⁊c̄. Secūdū q̄ð ad
amorē paup̄tat̄ te accēdere debet ē diuinū
p̄missum. q̄ð est inestimabile. O diues ī om
nes. o bone dn̄e ihu q̄s potest digne v̄bo ex
p̄mere. corde p̄cip̄e. manu scribere illā cele/
stem gl̄iam quā tuis paup̄ib⁹ te daturz̄ p̄mi
sisti. Ipi em̄ paup̄tate volūtaria merent̄ gl̄e
ꝯditoris assistere. ipi merent̄ intrare in po/
tentias dn̄i in illa eterna tabernacula. in il/
las lucidissimas māsiones. Ipi merent̄ fie
ri ciues illi⁹ ciuitat̄ cui⁹ artifex ⁊ ꝯditor ē de
us. Tu em̄ ore tuo bn̄dicto p̄misisti eis di/
cens. Beati paup̄es spū ⁊c̄. Nō aliud ē dn̄e
regnū celoz̄ nisi eni p̄e q̄ es rex regū ⁊ domi
nus dn̄antiū. Teip̄m dabis eis in p̄miū. in
mercedē. ⁊ in gaudiū. Ipi te fruent̄. d̄ te gau
debūt ⁊ satiabunt̄. Edent paup̄es ⁊ satura/
bunt̄ ⁊ laudabūt ⁊c̄.

De silētio. ⁊ q̄ oib⁹ religiosis sit necessari
um silentium.

On mediocrit̄ coop̄at̄ ad p̄fectionē
n religioso hoi virt⁹ silentij q̄z sicut in
multiloquio nō deerit pctm̄. sic bre/
uiter ⁊ raro loq̄ ad h̄ valet vt homo caueat
sibi a peccato. Pro nimia loq̄la frequēter se
quit̄ iniuria tā dei q̄ȝ p̄timi sic ex silētio nu/
trit̄ iusticia. ex qua velut ex q̄dā arbore colli
gitur fruct⁹ pacis. Vn̄ cū claustralib⁹ pax sit
summe neccessaria. valde necessariū est eis si
lentiū. p̄ q̄ð pax eis tā cordis q̄ȝ corp̄is ꝯser
uatur. Propterea Isa. p̄pha virtutez silentij
ꝯsiderās ait. Erit op⁹ iusticie pax. ⁊ cult⁹ iu/
sticie silentiū. quasi diceret. Tāte v̄tutis est
silentiū q̄ in hoīe ꝯseruat dei iusticiā ⁊ inter
p̄ximos pacē nutrit ⁊ custodit. Nisi hō dili/
gentē ori suo adhibeat custodiā ⁊ bona gra
tuita q̄ habet cito dissipat ⁊ etiā in mlt̄a ma
la corruit. Lingua quidē (vt dic̄ beat⁹ Jaco
bus in canonica sua) modicū mēbz̄ est ⁊ ma
gna exaltat ⁊ sequit̄: Lingua nr̄a ignis est.
vniuersitat̄ iniq̄tas. Vbi dicit glo. q̄ pene
cuncta facinora ꝯcinant̄ aut patrant̄ in ea.
Vis audire o famula dei. vis scire q̄nta ma
la ex lingua p̄deūt si diligēter nō custodiat̄.
Audi ⁊ dicā. Ex lingua p̄deunt blasphemie

murmurationes. diſſenſiones. periuriū. mēdaciū. detractiões. adulatio. maledictio. cōuiciū. cōtētio. bonoꝝ deriſio. prauū cōſiliū. rumor. iactātia. ſecreti reuelatio. indiſcreta cōminatio. indiſcreta pmiſſio. multiloquium. ſcurrilitas. In veritate magna cōfuſio ſexui femineo eſt. maximū dedec⁹ eſt ſacris ꝟginibus nō hr̄e oris cuſtodiā. nō ſeruare lingue diſciplinā cū cūcta mala p lingue inqetudinē cōmittanť. Certe fruſtra audeo dicere ꝙ ille religioſ⁹ gloriať de poſſeſſione ꝟtutꝫ in corde. qui diſſipat diſciplinā ſilētij p inquietudinē multiloquij. Si qs teſte ſcripťa putat ſe religioſum eſſe nō refrenās linguā ſuā ſꝫ ſeducēs cor ſuū. hu⁹ vana eſt religio. O ihū xp̄i ſpōſe intuemi virtutū ſpeculum mariā ꝛ diſcite ab ea ſilētij diſciplinā. Que maturitatis fuerit beata ꝟgo ſatis pꝫ. Si eīm pcurras euāgeliū ꝑpauca ꝛ cū paucꝭ eā locutā inuenim⁹. Cū quattuor eīm perſonis legim⁹ eā habuiſſe ſermonē. ꝛ nō niſi ſeptem verba eā locutā fuiſſe. Cū angelo duo. cū filio ſuo duo. cū elizabeth duo. cū miniſtris ī nuptijs vnū. In hoc cōfundiť noſtra loqcitas qua pni ſum⁹ ad multiplicationē ꝟboꝝ cū tamē magna ſit vtilitas ſilētij. Una vtilitas eſt qꝛ inducit cōpunctiōꝫ. Homo cū tacet cogitat vias ſuas. ꝛ locū habet cogitādi ꝙ multiplex ſit ſu⁹ defect⁹. ꝛ ex hoc ſurgit cōpunctio. Itē dicit ꝓpheta dauid. Obmutui ꝛ ſilui a bonis. ꝛ dolor me⁹ renouat⁹ ē. Alia vtilitas ſilētij eſt qꝛ demōſtrat hominē celeſtē eſſe. Argumētū quaſi infallibile eſt. vt ſi ſit hō in theutonia ꝛ nō loquať theutonicū. videť ꝙ nō ſit theutonic⁹. Sic q eſt in mundo ꝛ mūdana nō loquiť. euidēter demōſtrat ſe in mūdo nō eſſe. Qui eīm de terra ē. de terra loquiť. vt dr̄ in euāgelio Iohis. Nihil autem tm̄ in religioſo hoīe valet ad ꝯſeruādū ſilentiū niſi vt fugiat ꝯſortiū hoīm. ꝛ ducat vitā ſolitariā. Ille eīm homo q eleuať iā ſup ſtatū hoīm nō debet hr̄e ꝯſolatōem ꝛ ꝯſolatorē niſi ſolū deū. ꝛ iō debet eſſe ſolitari⁹ ꝛ tacere. Ex quo eīm deū habet p ſocio nō debꝫ curare de humano cōſortio. Propterea dr̄ Threñ. iij. Sedebit ſolitari⁹ ꝛ tacebit. qꝛ leuabit ſe ſupra ſe. Sedebit ſolitari⁹ inqꝫ cōſortia hominū fugiēdo ꝛ tacebit de celeſtibꝫ cogitādo ꝛ meditādo. ꝛ leuabit ſe ſupra ſe celeſtē dulcedinē deguſtādo. Et ſi oīmibꝫ religioſis neceſſariū ſit ſilentiū ad ꝑfectionē ꝟtutū. maxime tn̄ virginibꝫ dedicatis ihū xp̄o eſt neceſſariū vt diſciplinā ſeruēt ſilētij. Ita eīm eaꝝ ſermo deberet eſſe ꝑcioſus. ꝛ ita deberent eſſe verecūde in labijs vt nunꝙ niſi magna neceſſitate loquerenť. Iō beat⁹ Hieronym⁹ dicit. Sit ſermo ꝟginis modicus ꝛ rar⁹. nec tam eloquētia ꝑcioſus ꝙ pudore. Hoc etiā cōſulit phus. viij. ethycoꝝ. Ad ſūmā perfectionē volo te eſſe breuiloquū ꝛ ſūmiſſa voce. Audi verboſa famula. audi ꝟgo clamoroſa ꝛ garrula. certe vt poſſis aſſueſcere ſilentiū debes facere. ſicut fecit Agathon abbas. De q legiť in vitaſpatꝝ ꝙ lapidē in ore ſuo p trienniū mittebat donec taciturnitatē addiſceret. Alliga ꝛ tu lapidē ad linguā affige linguā tuā ad palatū. Pone digitū ſuper os tuū vt poſſis taciturnitatē addiſcere quia magnū dedec⁹ eſt ſpōſe xp̄i vt eūꝫ alio ꝙ cū ſponſo ſuo xp̄o ieſu velit habere ſermonē. Loquere ꝟ raro ꝛ pauca ꝛ breuiter cū timore ꝛ pudore. īmo in tua cauſa vix loquere. Tege faciē tuā velo verecūdie. ꝯſue labia filo diſcipline. ꝛ ſermo tu⁹ ſit breuis. precioſus. ꝛ vtilis. ſit modeſt⁹ ꝛ humilis. Loquere famula dei raro ꝛ paꝝ. quia in multiloqo nō deerit peccatū. Nō loquarꝫ verbū ocioſum. qꝛ d̄ oīmi verbo ocioſo qđ locuti fuerit homīes reddēt ratiōem in die iudicij. Verbū ocioſum eſt vt dicit gloſa. qđ ſine neceſſitate dr̄ pferētis. aut vtilitate audiētis. Semper igiť meli⁹ eſt tacere ꝛ vtili⁹ ꝙ loq. Quia dicit ſapiēs. locutū me eſſe aliquādo penituit. tacuiſſe ꝟo nunꝙ.

## De ſtudio orōnis et qualiť orād⁹ eſt de⁹. Capitulū. v.

Supra modū cupiēti etiā pficere ſpōſe xp̄i eſt neceſſariū vt aſſiduis orationū ſtudijs ꝛ deuotiōibꝫ animū ſuum exerceat. qꝛ reuera religioſus orōem nō frequētans aſſidue nō ſolū eſt miſer ꝛ inutilis. qnimo corā deo fert animā mortuā ī viuo corpe. Cū eīm tāte efficacie ſit deuotiōis virt⁹ vt ipa ſola hoſtis maligni deuincat tēptamēta ꝛ verſutias dyaboli q ſol⁹ famulaꝝ dei impedit ne ſurſū ad celos aſcēdat. Non eīm eſt miꝝ ſi tēptatiōibꝫ luccūbat frequēter miſerabiliť q ſtudiū orōis nō freqntat. Uñ beat⁹ Iſid. dr̄. Hoc eſt remediū ei⁹ q vicioꝝ tēptamētis eſtuat. qtiēs qlibet vicio tangiť totiēs ſe ad orōem ſubdat. qꝛ freqns orō vicioꝝ ipugnatiōꝫ extinguit. Et h̄ eſt qđ dñs dic in euāgelio. Uigilate ꝛ orate ne intretis in tēptatiōꝫ. Eſt aūt tāte ꝟtutis deuota orō

vt ad om̄ia valeat ⁊ i oi tp̄e hō poſſit p eam
lucrari. in hyeme. i eſtate. i ſereno ⁊ i tp̄e plu
uiali. imo in q̄cū q̄ʒ hora lucraṫ hō orōne de
uota plꝰ q̄ʒ valeat totꝰ mūdꝰ. q2 tali orōe acq̄
rit hō regnū celoꝝ. Ut aūt cognoſcas quō
⁊ q̄liṫ orare debeas q̄ʒtū mihi donauerit dñs
te informabo. licet ego i hac pte ⁊ in h̄ nego
cio magꝭ indigeā informari q̄ʒ tu. Scias ita
q̄ʒ deo digna famula q̄ ad pfectā orōe3 tria
ſūt neceſſaria. Primū q̄n in orōe ↄſtituta fu
eris. tūc erecto corpe ⁊ erecto corde oībꝫ ſen
ſibꝫ clauſis debes ſine ſtrepitu ex amore ⁊ cō
trito corde de oībꝫ miſerijs tuis cogitare. ſ.
p̄ntibꝫ. pteritꝭ. ⁊ futurꝭ. Primo debes ſiq̄dez
ſolicite cogitare q̄ʒ magꝭ ⁊ q̄ʒ multa pctā oībꝫ
diebꝫ vite tue ↄmiſiſti. q̄ʒ magna ⁊ q̄ʒ multa
bona i ſeculo ⁊ i ordine obmiſiſti. q̄ʒ magnā
⁊ q̄ʒ multā creatorꝭ tui grāz freq̄nṫ amiſiſti
Debes etiā cogitare q̄ʒ lōge facta es a deo p
pctūm q̄ olim fueras. ppe. q̄ʒ diſſiliꝭ facta es
deo q̄ aliq̄n fueras valde ſiliꝭ. q̄ʒ pulcra ali/
quādo fueras in aīa q̄ mō valde turpis es ⁊
fetida. Debes cogitare q̄ tēdas ꝑ pctm̄ quia
ad portas inferni. q̄d tibi occurret. quia tre
mēdꝰ dies iudicij. q̄d p oībꝫ his tibi dabiṫ.
q2 eterne morꝭ incēdiū. ⁊ ſtatim ꝓ his oībꝫ
debes pectꝰ tuū cū publicano tūdere. Cū p/
pheta dauid debes rugire a gemitu cordis
tui. Et cū maria magdalena debes lacrimiſ
rigare pedes ihū. nec debes aliquē modum
hr̄e in lacrimis q2 ſine mō dilectū tuū3 ihm̄
offendiſti. Et h̄ eſt qd̄ ait beatꝰ Iſid. Qn̄ cū
deo in orōne aſſiſtimꝰ gemere ⁊ flere dēmꝰ.
reminiſcētes q̄ʒ grauia ſunt q̄ cōmiſimꝰ. q̄ʒ
dura inferni ſupplicia q̄ tmemꝰ. Et hmōi la
crimoſe cogitatōes meditatōis debēt eē pn
cipiū. Secūdū qd̄ ſpōſe dei i orōe neceſſa
riū eſt. eſt grāꝝ actio. vt videlicet ſuo creato
ri cū om̄i humilitate grates referat ꝓ bn̄fi/
cijs iā ab eo receptis. Et h̄ ↄſulit paulꝰ apo
ſtolꝰ ad Colꝭ. iiij. Orationi inſtātes. vigilan
tes in ea in grāꝝ actōe. Nihil em̄ eſt q̄ homi
nē ita dignū reddit diuinis muneribꝫ ſicut ſp
deo grās reddere ⁊ agere ꝓ receptis donis.
Vn̄ beatꝰ augꝰ. ſcribēs ad aureliū dr̄. Quid
meliꝰ aīo gerimꝰ ⁊ ore ꝓnunciamꝰ ⁊ calamo
exp̄mimꝰ q̄ʒ deo grās. h̄ nec dici breuiꝰ. nec
audiri letiꝰ nec intelligi gratius. nec agi fru
ctuoſiꝰ pt̄. Debes ḡ in orōe poſita cū gratia/
rūactione meditari q2 dn̄s te hoīem fecit. q̄a
xp̄ianā te fec. q2 innumerabilia peccata tibi
indulſit. q2 incidiſſes i multa pctā ſi dn̄s te
nō cuſtodiſſet. q2 morī i ſeculo te nō pmiſit.
quia ad altiſſimā ⁊ pfectiſſimā te religione3
elegit. ⁊ q2 ſine labore tuo te pauit ⁊ paſcit. q2
p te homo factꝰ eſt circūciſus ⁊ baptizatꝰ eſt.
quia p te paup ⁊ nudꝰ humilis ⁊ deſpectibi
lis. Quia p te ieiunauit ⁊ eſuriuit. laborauit
⁊ fatigatꝰ fuit. q2 ꝓpter te plorauit. ſudorē ſā/
guineū ſudauit. te ſanctiſſimo corpe ſuo ci/
bauit ⁊ ſanguine potauit. q2 ꝓpter te colaphi
ſatus eſt. cōſputꝰ eſt. deriſus ⁊ flagellatus eſt
vulneratꝰ ⁊ crucifixꝰ eſt. Mortē turpiſſimā
⁊ amariſſimā ſuſtinuit. q2 ſepultꝰ reſurrexit.
ad celos aſcēdit. ſp̄m ſcm̄ dedit. ⁊ q2 tibi ⁊ oī
bus electꝭ celoꝝ regnū dare ꝓmiſit. Eſt em̄
grāꝝ actio ſupra modū vtilis in orōe. nec ſi/
ne ea aliq̄ poteſt valere orō. Nā ingratitudo
vt dr̄ beatꝰ Bern̄. eſt ventꝰ vrens. et exiccās
fontē pietatis. rorē miſericordie. ⁊ fluenta ḡ
tie. Tertiū qd̄ ad pfectionē orōnis neceſ/
ſario requiriṫ eſt vt animꝰ tuꝰ nihil aliud in
oratiōe cogitet p̄ter illud ſolū qd̄ p̄caṫ. Ual
de em̄ indecēs eſt vt q̄s cū deo loquaṫ ore ⁊
aliud mediteṫ corde. ⁊ dimidiū cor dirigat i
celū. ⁊ dimidiū maneat in terra. ⁊ talis ora/
tio nunq̄ʒ exaudiṫ a deo. Vn̄ ſup illo verbo
p̄s. Clamaui in toto corde meo ⁊c̄. dr̄ gloſa
Diuiſum cor nō impetrat qd̄ petit. Deb3 ei
famula dei tp̄e orōis cor ſuū ab om̄ibꝫ exte/
rioribꝫ curis ⁊ mūdanis deſiderijs. ab omi
bus carnalibꝫ amoribꝫ reuocare ad iteriora
⁊ illi ſoli i toto corde ⁊ tota mēte intēdere ad
quē ſuā orōnem dirigit. Et hoc cōſulit tibi
ſpōſus tuꝰ in euāgelio dicēs. Tu aūt cū ora
ueris intra in cubiculū tuū. ⁊ clauſo oſtio. i.
corde tuo ora patrē tuū. Tūc cubiculū es i/
greſſa quādo om̄es cogitatiōes. om̄ia deſi/
deria. om̄es affectiōes tuas in ſecreto cordꝭ
tui reuocaſti. Tūc clauſiſti oſtiū tuū quan/
do cor tuū diligēter cuſtodiſ. vt p nullas co
gitatiōes tuas fantaſticas poſſit in deuoti/
one impediri. Oratio em̄ eſt (vt dicit beatuſ
Auguſtinꝰ) cōuerſio mētis in deū p pium ⁊
humilē affectū. Audi o beatiſſima ſoror. au
di o famula Jeſu xp̄i ⁊ inclina aurē tua3 ad
verba oris mei. Noli falli noli decipi n̄ amit
tas magnū oratiōis tue fructū. nō pdas ſu
auitatē. nō fruſtreris dulcedine quā in ora/
tione haurire debes. Oratio em̄ hauſoriu3
eſt quo ſp̄ūſſancti gratia hauriṫ de fonte ſu
pereffluētis dulcedinis illꝰ beatiſſime tri/
nitatis. Et hoc exptus erat ille deuotiſſimꝰ
ꝓpheta Dauid q̄ dicebat. Os meū aperui ⁊

attraxi ſpiritũ. Os meũ aperui dicit ꝓhã/
ſi. Nunq̃d iã nõ dixi tibi q̃d ſit oratio. Audi
itez. Oratio eſt cõuerſio mẽtis in deũ. Uis
ſcire quomõ debes mentẽ tuã in deũ cõuer
tere. intẽde. cũ ſtas in oratiõe te totã debes
in teipſam cõuertere ⁊ colligere ⁊ cũ dilecto
in cubiculũ cordis tui ingredi ⁊ cuȝ eo ſola
orari. omniũ exteriorꝫ obliuiſci. ⁊ toto cor
pore. tota mẽte toto affectu. toto deſiderio.
tota deuotiõe debes te leuare ſupra te. Nec
debes ſpiritũ tuũ ab oratõe relaxare. ſȝ tam
diu ꝑ deuotõis ardorẽ ſurſum aſcẽdere do
nec ingrediaris in locũ tabernaculi admi/
rabilis vſqȝ ad domũ dei ⁊ ibi vtrũqȝ cord̃
oculo dilecto tuo viſo ⁊ vtcunqȝ deguſtato
q̃ ſuauis eſt dñs ⁊ q̃ȝ magna dulcedo eius ĩ
amplex⁹ eius ruas. impꝛẽſſis labijs intime d̃
uotionis oſcula figas vt ſic tota a te aliena
ta. tota in celũ rapta. tota in xp̃m reformata
⁊ trãſformata nõ valeas cohibere ſpũm tu/
um. ſȝ exclama cũ ꝓpheta Dauid ⁊ dic. Re/
nuit cõſolari aĩa mea. memor fui dei ⁊ de/
lectatus ſum. Ut aũt cor tuũ ſoror cha/
riſſima ꝑ deuotõis orõnem in ſublime⁹ ele/
uetur. ⁊ feruenti⁹ in deũ inflammet̃. nota di
ligenter q̃ꝫ trib⁹ de cauſis in mẽtis alienati/
onẽ deducimur. Aliquãdo ꝑ magnitudinẽ
admiratiõis. Aliquãdo ꝑ magnitudinẽ de/
uotionis. Aliquãdo ꝑ magnitudinẽ exulta
tionis. Dico q̃ꝫ fit aliquãdo ꝑ magnitudi
nem deuotiõis vt mẽs ſeipſam non capiat. ⁊
ſupra ſeipſam eleuata in alienationẽ trãſeat
quãdo tota igne celeſtis deſiderij ſuccendit̃
vt omẽ q̃d foris eſt vertat̃ in amaritudinez
⁊ faſtidiũ. ⁊ amorꝫ intimi flãma vltra huma/
nũ modũ excreſcat. que animã ad cere ſimi
litudinẽ liquefactaȝ in ſeipſa deficere faciat.
ad inſtar fumi aromatũ in ſuperna eleuat ⁊
ad ſummã patriã emittat. ⁊ tũc cũ ꝓpheta
exclama ⁊ dic. Defecit caro mea ⁊ cor me/
um de⁹ cordis mei ⁊ pars mea de⁹ in eternũ
Itẽ aliquãdo fit ꝑ magnitudinẽ admira
tionis quãdo diuino lumine mens irradia
tur ⁊ ſumme pulcritudinis admiratiõe ſu/
ſpenſa tũc vehemẽti ꝯcutit̃ ſtupore vt a ſuo
ſtatu fundit⁹ excutiat̃. ⁊ in moduȝ fulguris
choruſcãtis quanto ꝓfundi⁹ ꝑ deſpectu ſui
viſe pulcritudinis reſpecta infima deijcit̃.
tanto ſublimi⁹ tantoqȝ celeri⁹ ꝑ ſummorꝫ
deſiderioꝝ ardorẽ releuata ⁊ ſup ſemetipſaȝ
rapta in ſublimia eleuat̃. ⁊ tũc cogit̃ clama/
re cum ſanctiſſima heſter. Uidi te dñe qua/
ſi angelũ dei ⁊ conturbatũ eſt cor meũ p̄ ti/
more glorie tue. Ualde eñ mirabilis es do
mine ⁊ facies tua plena eſt gratiarũ. Itẽ
aliquãdo p̄ multitudine exultationis quan
do intima illa interne ſuauitatis abũdantia
potata. imo plene inebriata quid ſit. quid fu
erit penitus obliuiſcat̃. ⁊ in ſupmundanum
quendã affectuȝ ſub quodã mire felicitatis
ſtatu rapta trãſformat̃. ⁊ tũc cogitur clama
re ⁊ dicere illud ꝓphete. Q̃ȝ dilecta taberna/
cula tua dñe virtutũ. cõcupiſcit ⁊ deficit aĩ
ma mea ĩ atria dñi. Sic ergo famula dei de
bet exercere animũ ſuũ ex deuota ĩ deũ ora
tione ⁊ dicere ꝑ frequentẽ ordinis verſum.
ꝑ mundati ⁊ purificati cordis oculũ. ꝑ infa/
tigabilẽ deuotõis ſpiritũ. quaten⁹ efficiatur
idonea ad cõtemplanda diuina ⁊ deguſtan
dã diuine dulcedinis ſuauitatẽ. Nõ eñ de/
cet aĩam inſignitã dei imagine. decorataȝ
dei ſimilitudine. redemptã dei ſanguine. ca
pacẽ beatitudinis. volutare circa iſta tẽpo/
ralia. ſed aſcẽdere debet ſup cherubin ⁊ vola
re ſup pennas ventoꝝ. id eſt. ordines ange/
lorũ ad ꝯtemplandã ipſam trinitatez et chri
ſti humanitatẽ. ⁊ meditari gloriã ⁊ leticiam
ſupernoꝝ ciuiũ. ſcȝ angeloꝝ ⁊ ſanctoꝝ omni
um. Sed q̃ ſunt hodie q̃ huiuſmodi medi
tatõnib⁹ vacẽt. qui ſint exploratores gaudij
celeſtis. qui corde ⁊ aĩo cõuerſent̃ in celis
Rari ſunt. Uñ bene poteſt dici de quibuſ/
dam religioſis illud verbũ q̃d beat⁹ Berñ.
dicit. Quorũ ſtudiũ deberet eſſe deuotione
celos penetrare. mẽte circuire ſupernas mã
ſiones. ſalutare apoſtolos ⁊ choros ꝓpheta/
rum. martyrũqȝ admirare triũphos. omni
bus his poſtpoſitis. turpi ſe mancipãt cor/
poris ſeruituti. ad obediendũ carni. ⁊ ad ſa
tiſfaciendũ gule ⁊ vẽtri.

## De paſſionis chriſti memoria
## Capitulũ. vj.

q Uoniã deuotõis feruor ꝑ frequẽ/
tem paſſionis xp̃i memoriã nutrit̃ ⁊
cõſeruat̃ in homĩe. Ideo eſt dicẽdũ
cõſequẽter vt ſemp oculis cordis ſui xp̃m ĩ
cruce tanq̃ȝ morientẽ videat q̃ deuotiõem ĩ
ſe vult cõſeruare inextinguibilẽ. Propter h̃
domin⁹ dicit in Exodo. Ignis in altari meo
ſemp ardebit. quẽ nutriet ſacerdos ſubijci/
ens ligna ꝑ ſingulos dies. Audi ſoror deuo
tiſſima. Altare dei eſt cor tuum. In hoc al/
tari debet ſp ardere ignis feruide deuotõis
quẽ ſingul' dieb⁹ debes nutrire ꝑ ligna cruc̃

chriſti et memoriā paſſionis ipſius. Et hoc eſt qđ dicit Iſaias ꝓpheta. Haurietis aquas in gaudio de fontibꝫ ſaluatoris. Ac ſi diceret. Quicūq; deſiderat aquas gratiaꝝ. aq̄s deuotionis. aq̄s lachrymaꝝ. iſte hauriat de fontibꝫ ſaluatoris. id eſt. de vulneribꝫ Ieſu xp̄i. Accede ergo tu pedibꝫ affectionū tuaꝝ ad Ieſum vulneratū. ad Ieſum ſpinis coronatū. ad Ieſum patibulo crucis affixum ⁊ cū beato Thoma apoſtolo nō ſolū intueri in manibꝫ eiꝰ fixuras clauoꝝ. non ſolum mitte manuz tuā in latꝰ eius ſed totalr̄ per oſtiū lateris eiꝰ ingredere vſq; ad cor ipſius ieſu. ibiq; ardētiſſimo amore crucifixi i xp̄m transformata. clauis diuini amoris affixa. lācea ꝑcordialis dilectōis transfixa. intime cōpaſſionis trāſuerberata. nihil aliud queras nihil aliud deſideres. in nullo alio velis cōſolari q̄; vt cū chriſto tu poſſis mori in cruce. Et tūc cū apoſtolo Paulo exclames dicens Chriſto cōfixꝰ ſum cruci. Viuo iā non ego. viuit vero in me xp̄s. Debes aūt ꝑ hūc modū paſſionem xp̄i in memoria habere vt cogites qm̄ paſſio eiꝰ fuit ignominioſiſſima acerbiſſima. generaliſſima. ⁊ diuturniſſima Primū cōſidera deo digniſſima famula q̄; ignominioſiſſima fuit mors Ieſu xp̄i ſponſi tui. Fuit em̄ crucifixus tanq̄; fur et latro Nulli em̄ in veteri lege tali morte puniebātur niſi peſſimi ⁊ ſceleratiſſimi ⁊ fures ⁊ latrones. Adhuc attēde maiorē xp̄i ignomiam. Fuit em̄ in loco turpiſſimo ⁊ viliſſimo crucifixus. ſcꝫ in monte caluarie vbi multa oſſa ⁊ cadauera mortuoꝝ iacebāt. Ille ſiquidē locus erat morti damnatoꝝ deputatꝰ. ⁊ ibi decollabant ⁊ ſuſpendebant peſſimi homines. Adhuc vide xp̄i maiorē ignominiā. q̄a inter latrones tanq̄; latro ſuſpendit. ⁊ i medio tanq̄; princeps latronū. Unde dicit Iſaias. Cū ſceleratis reputatꝰ eſt. Adhuc intuere ſponſi tui ignominiā. quia aeri deputatꝰ eſt. ⁊ inter celū ⁊ terrā ſuſpēſus ac ſi nō eſſet dignus mori in terra aut viuere. O digna idignatio ⁊ iniuria. dn̄o orbis totꝰ negatꝰ eſt orbis. vilius in mūdo nihil eſtimatū eſt domino mūdi. Sic ergo mors filij dei fuit ignominioſiſſima ꝓpter genus mortis quia i patibulo ſuſpēſus. ꝓpter ſocios mortis. q̄a cū iniquis deputatꝰ ⁊ cōdemnatꝰ. ꝓpter locum mortis. quia in monte caluarie fetidiſſimo crucifixus. O bone ieſu. o benigne ſaluator. quia nō ſemel ſed multotiēs cōfunderis. Quanto quis pluribꝫ locis confundit. tanto ignominioſior efficit mundo Ecce tu domine Ieſu in orto ligaris. in domo anne alapa cederis. in atrio Cayphe conſpueris. in hoſpitio herodis illuderis. in via crucē baiulans in golgatha crucifigeris Heu me ecce libertas captiuorū. gloria angelorū. vita hominū occidit. O iudei miſeri bene impleuiſtis qđ ꝓmiſiſtis. Dixiſtis enim. Morte turpiſſima cōdemnemꝰ eū. Beatus vero Bernardꝰ dicit. Exinaniuit ſemetipſuz formam ſerui accipiēs vt ſubeſſet. Filiꝰ erat et factus eſt ſeruus. Et nō ſolū formam ſerui vt ſubeſſet accepit. ſed etiā mali ſerui vt vapularet. vt penā ſolueret cuz culpam nō haberet. Et erat non ſolū ſeruus ſeruoruz dei ſed ꝓpter tria ſeruus ſeruorū dyaboli factus ſeruiens infima peccata peccatoꝝ expurgādo. Nec hoc ſuffecit ſed mortez omni morte confuſibiliorē elegit. Humiliauit enim ſemetipm̄ factꝰ obediens vſq; ad mortē. mortem aūt crucis. que ignominioſior eſt. vt dicit gloſa. Secūdo cōſidera ⁊ attende virgo deo deuota. paſſio xp̄i q̄; acerbiſſima fuit. Crux enim illa benedicta membra extenſa cōtrahi in dolore mortis nō ꝑmiſit. quod tamen ſolet eſſe quoddā leuamen ⁊ ſolatiuz cordis anxiati. nec habuit illud caput reuerendū diuinū vbi ad dimiſſionē anime ſe inclinaret. Attende adhuc melius q̄; acerba mors xp̄i fuerit. Quanto quis tenerior. tanto patitur grauiꝰ. Nunq̄; autē fuit corpꝰ ita tenerū ad ſuſtinendū paſſiones ſicut corpꝰ ſaluatoris. Corpus em̄ mulieris tenerius eſt q̄; viri corpus. Caro autē chriſti tota ꝟginea fuit ⁊ de ſpiritu ſancto cōcepta ⁊ de ꝟgine nata. Igit paſſio chriſti fuit omnium paſſionū acerbior. quia omniū virginū tenerior. Si em̄ ad ſolā mortis recordatōem Chriſtꝰ in ſancta anima ſua ꝑ teneritudine carnis tantū afflictꝰ eſt vt ſudor corporis fieret ſicut ſudor ſanguinis decurrentis i terram. quanto ſuperadditꝰ eſt ei dolor. quanta cum afflicta eſt pena in deguſtatione acerbiſſime mortis ⁊ paſſionis. Ideo dicit beatus Bernardꝰ. Anguſtias corpis tui domine Ieſu chriſte. certiſſime indicabat ſudor ille ſanguineꝰ qui orationis tp̄e de tua ſanctiſſima carne decurrebat in terram. Quid feciſti dulciſſime puer vt ita tractareris. Quid cōmiſiſti o amantiſſime iuuenis. vt ita iudicareris. Ecce ego ſum cauſa tui do/

loris.ego plaga tue occiſionis. Adhuc vide diligenti9 q̄ amara chriſti mors fuerit. Quanto quis innocentior.tanto pena ad tollerandum grauior. Si enim chriſt9 ꝓpter ſua peccata ſuſtinuiſſet.aliquantulū ei eſſet tolerabilior.ſed ipſe peccatū non fecit.nec inuētus eſt dolus in ore eius. Et hoc ipm̄ teſtat̄ pylatus dicens. Ego nullā cauſam mortis inuenio in eo. Ipſe em̄ eſt candor lucis eterne z ſpeculū ſine macula dei maieſtatis z bonitatis.imago illius ſicut dicit̄ Sapiētie.vij. Conſidera adhuc plen9 q̄ penalis fuerit mors ſponſi tui Jeſu chriſti. Quanto generoſior tanto pena acerbior. Chriſt9 aūt ſpōſus tuus paſſus eſt in omi parte corp9s ſui ſic vt nullū ita paruū membrū in eo eſſet q̄n penam haberet.null9 ita modicus loc9 q̄n repletus eſſet amaritudine. A planta enim pedis vſq ad verticē non fuit in eo ſanitas Unde ꝓ nimia doloris vehementia clamauit dicens. O vos omēs qui tranſitis ꝑ viam attendite z videte dolorē meum. Reuera dn̄e Jeſu chriſte nunq̄ fuit dolor ſimilis dolori tuo. Tanta em̄ fuit doloris tui effuſio vt totum corp9 tuum ſanguine aſpergeretur. O bone Jeſu o dulciſſime domine. n̄ gutta ſed vnda ſanguinis ita largiter ꝑ q̄nq̄ partes corporis tui emanauit de manibus z pedibus tuis in crucifixione. in capitis coronatione.de toto corpe in flagellatione.de ipſo corde in lateris apertione mirum videtur ſi quid ſanguinis remanſit in te. Dic q̄ſo dilecte mi domine.dic cū vnica ſanguinis tui gutta.potuiſſet ſufficere ad totius mundi redemptionē.cur tm̄ ſanguinē de corpore tuo effundi permiſiſti. Scio dn̄e et vere ſcio quia nō propter aliud feciſti niſi vt om̄deres quāto affectu diligeres me. Quid igitur retribuā domino ꝓ omnibus que retribuit mihi. Certe domine q̄diu vixero memor ero laborū tuorū quos ſuſtinuiſti in predicando.fatigationū in diſcurrēdo. vigiliarū in oratione.lachrimarū in compaſſione.dolorum.conuiciorū.ſputorū.colaphorum.ſubſannationū.clauorū.vulnerū. alioquin req̄retur a me ſanguis qui effuſus eſt ſuper terram. Quis igit̄ dabit capiti meo aquam.et oculis meis fontē lachrymarū vt poſſim flere die ac nocte mortē domini mei Jeſu chriſti quā nō pro ſuis ſed ꝓ meis peccatis ſuſtinuit. Uulneratus eſt em̄ propter iniquitates noſtras. attritus eſt ꝓpter ſcelera noſtra ſicut dicit Iſaias ꝓpheta. Ulterius cōſidera z attende diligēter quia mors z paſſio chriſti fuit diutina. A prima em̄ die natiuitatis ſue vſq ad vltimū diem mortis ſue ſp fuit in paſſionibus z doloribus.ſicut ipſe teſtatur per ꝓpheram dicens. Paup ſum ego z in laboribus a iuuentute mea. Et alibi dicit. Fui flagellatus tota die.id eſt.toto tempore vite mee. Adhuc aliter conſidera q̄ moroſa fuit paſſio chriſti vt pena eius magis duraret.vt dolor nō cito finiretur. vt mors ꝓtraheretur.z ſic diutius cruciaret̄ z tortu?aretur. Ex his omnibus que dixi colligere potes o virgo chriſti o famula dei q̄ probroſa.q̄ doloroſa.q̄ vilis.q̄ moroſa fuit mors z paſſio dulciſſimi ſpōſi tui Jeſu chriſti. Et hec omnia ſuſtinuit vt ad amorē ſuū te accēderet.vt ꝓ omnibus his toto corde.tota anima.tota mente ipm̄ diligeres. Quid em̄ beniuolentius q̄ q dominus propter ſerui ſalutē accipiat ſerui formam. Quid magis informat hominē in ſalutem q̄ exemplū tollerādi mortē propter iuſticiā z obedientiam diuinam. Quid vero magis incitat homines ad diligendū deū q̄ tanta benignitas. q ꝓ nob dei filius altiſſimus abſq meritis. immo cum multis noſtris demeritis poſuit aīam ſuaz. Hoc tante benignitatis eſt vt nihil clementius.nihil benignius.nihil amicabilius cogitari poteſt. Hec benignitas tanto magis oſtendit̄ maior quanto ꝓ nobis grauiora z abiectiora ſuſtinuit vel pati voluit. Deus enim q̄ proprio filio ſuo non pepercit.ſ3 pro nobis omnibus tradidit illū. quomodo nō cū illo om̄ia nobis donauit. Ex quo inuitamur ad ipm̄ amandū z amarum imitādum. Ve ergo illis qui tante benignitatis beneficijs ſunt ingrati.in quorū animabus nullū mors chriſti habet effectum. Unde inquit Bernard9. Uide caput chriſti inclinatum ad te oſculandū.manus ꝑforatas ad largiendū.latus apertū ad diligendū.totius corporis extenſionem ad ſe totū impendendū. Ue iterū illis qui ſuis peccatis rurſum chriſtum in ſemetipis crucifigētes ſup dolorem vulnerū ipſi9.dolorē adijciunt. Sed vere tio illis quorū corda ad planctum emolliri non poſſunt.neq ad beniuolentiā ꝓuocari.et ad boni operis virtutē inflammare nō valet tanti effuſio ſanguinis.effuſio tanti ꝓcij.tam ingens magnitudo. Certe iſti tales inimici crucis chriſti plus chriſtū dei filius

bodie ad dexterã dei patris in celis ſeden/
tem crucifigũt q̃ olim fecerunt in cruciſ pa/
tibulo pendentẽ. Ad tales et de talibus do
minus cõquerendo per beatuʒ Bernardũ
loquitur dicens. O homo vide quid pati/
or pro te. ſi eſt dolor ſicut quo crucior. ad te
clamo qui ꝓ te morior. vide penas quibus
afficior. vide clauos quibus cõfodior. ⁊ cuʒ
ſit tantus dolor interior ⁊ exterior. planctuſ
eſt grauior cum te ſic ingratũ experior. Ca/
ue tibi mater caue ne tanto ingrata ſis bene
ficio. ne tanto ꝓ te dato indeuota ſis precio
ſed pone iſtũ crucifixum ſicut ſignaculuʒ ſu
per cor tuum. vt ſicut ſigilluʒ in cera molli.
ſic Jeſum ſpõſum tuũ imprimas cordi tuo
⁊ dicas cum propheta. Factum eſt cor me/
um tanq̃ cera liqueſcenſ. Pone eũ etiam vt
ſignaculuʒ ſuper brachiũ tuum vt videlicet
nunq̃ deſinas operari. nunq̃ fatigeris la/
borare ꝓ nomine domini Jeſu. ſed cuʒ ope
rata omnia fueris. tunc primũ incipe quaſi
nihil feceris. Si auteʒ aliquando aliquid
triſte aliquid graue. aliquid tediȷ. aliq̇d ama
ritudinis acciderit. vl' certe ſi forte aliquod
bonum diſſipuerit. ſtatim recurras ad cru/
cifixum Jhm pendentẽ in cruce. Ibi intue
re coronam ſpineã. clauos ferreoſ. lanceã la
teris. Ibi cõtemplare vulnera chriſti pedũ
⁊ vulnera manuũ. vulnera capitis. vulnus
lateris. vulnera toti9 corporis. Recolẽs q̇a
qui ſic pro te paſſus fuit. qui pro te tanta ſu
ſtinuit quantũ te amauerit. Crede mihi q̇a
ſtatim tali intuitu omne triſte letum. omne
graue leue. omne tedioſum amabile. omne
aſperũ dulce ⁊ ſuaue reperies. ſic vt ⁊ tu inci
pias exclamare cũ beato Job ⁊ dicere. Que
prius noluit tangere anima mea nunc ꝓpter
anguſtias paſſionis chriſti cibi mei ſunt. q̃
dulcia ⁊ delectabilia facta ſunt mihi. Unde
legit' q̃ cum quidã cõuerſus fuiſſet ad reli/
gionem. intiũ fact9 eſt impatiẽs ꝓpter aſperi
tatem ciborũ ⁊ ceterarũ diſciplinarũ religi/
onis. ⁊ tum ex nimia impatiẽtia anguſtiat9
fuiſſet procidit ante imaginẽ crucifixi. et ibi
replicare cepit cũ multis lachrymis intole/
rabiles anguſtias ⁊ labores ordinis. inſipi
ditatem ciboꝝ panis ⁊ potus. ⁊ ſtatim ex la
tere imaginis cepit ſanguis emanare. ⁊ cuʒ
ille fortiter flens ſuas anguſtias replicaret.
reſpondẽs imago chriſti dixit. Quandocũ/
q̃ ſentiret aliquã aſperitatẽ in cibo vel ĩ po
tu vt intingeret in ſalſamẽto ſanguinis xpi.

De perfecta dei charitate.
Capitulũ. vij.

Uperius te famulã dei prout deus
s inſpirante docui qualiter animũ tu
um exercere debeas. vt quaſi grada
tim aſcendere poſſis ⁊ de virtute in virtutẽ
ꝓficere. Nunc ſeptimo loco reſtat dicẽdum
de forma virtutũ ſcilicet charitate que ſola
ducit hominẽ ad perfectionẽ Ad mortificã
dum eñ vicia. ad ꝓficiendũ in gratia. ad cõ
ſequendũ omniũ virtutũ perfectionẽ ſum/
mam. nihil poteſt dici meliuſ. nihil excogita
ri vtilius charitate poteſt. Propterea dicit
Proſper in libro de vita cõtemplatiua. Ca
ritas eſt vita virtutũ. mors vicioꝝ. et ſicut
fluit cera a facie ignis. ſic pereũt vicia a faciẽ
charitatis. Tante ſiquidẽ virtutis eſt cha/
ritas q̃ ipſa claudit infernũ. ſola aperit celuʒ
ſola deo amabilẽ reddit. Tante virtutis ca
ritas eſt q̃ ipſa ſola inter virtutes virtus no
minata eſt. quã q̇ hʒ diues eſt ⁊ locuples ⁊ be
atus. quã qui non habet. pauper ⁊ mendic9
eſt ⁊ miſer. Unde ſuper illo verbo ad Cho/
rinthios. Si charitatẽ non habuero. dicit
gloſa. Attende quanta ſit caritas. que ſi de
ſit. fruſtra habent' cetera. ſi aũt adſit habẽtur
oĩa. quã qui habere ceperit ſpiritũſanctũ
habebit. Et beat9 Auguſtin9 dicit. Si virt9
nos ad beatã vitã ducit. nihil eſſe omnino
virtutẽ affirmauerim niſi tm̃ ſummũ amo/
rem dei. Cũ igit' charitas virtus tanta ſit ꝓ
cunctis virtutib9 charitati eſt inſiſtendum.
⁊ non cuilibet charitati ſed ei ſolũ qua deuſ
diligitur ſup oĩa ⁊ prox' m9 poſt deũ Qua
liter aũt creatorẽ tuũ diligere debeas ipſe tu
us ſpõſus docet in euãge. io dicẽs. Diliges
dñm deũ tuũ ex to. cor. tuo. ⁊ ex to. ani. tua. ⁊
ex to. mẽ. tu. Intẽde diligẽt' famula ieſu xpi
dulciſſima quã dilectõʒ dilect9 tu9 ihs req̇/
rat a te. Uult certe amãtiſſim9 tu9 vt amori
ſuo des cor tuũ. totã aiaʒ tuã. totã mẽtẽ tuã
ſic vt ĩ toto corde tuo. tota aĩa tua ĩ tota mẽ
te tua null9 oĩno cũ eo aliquã ꝑtẽ poſſideat.
Quid ẽ facies vt certe dñm deũ tuũ ex toto
corde diligas. Quõ ex toto corde Audi be/
atũ Johem chryſ'. dicẽtẽ. Ex toto corde dili
gere deũ eſt vt ad null9 rei dilectõʒ mag' ſit
inclinatũ cor tuũ q̃ dei vt nõ delecteriſ ĩ ſpẽ
mũdi ampli9 q̃ in deo. nõ ĩ honorib9 aut pa
rẽtib9. Si autẽ ĩ aliq̇ iſtoꝝ ſit anim9 et amor
cordis tui iã nõ ex toto corde deum diligis
Unde Auguſtin9 dicit. Minus te amat q̇

tecum aliq̄d amat. Si aūt aliquid amas ex cuius dilectione in amore dei nō proficꝭ. iaz non ex toto corde deū diligis. Et ſi quid diligis ꝑ cuius amore ea que xp̄o teneris negligis iam nō ex toto corde diligis . Dilige itaqꝫ dominū deuz tuum ex toto corde tuo. non ſolū ex toto corde. verū etiā ex tota anima diligendꝰ eſt dominꝰ Jeſus chriſtꝰ Quo modo ex tota aīma. Audi beatū Auguſtinū docentē te. Ex tota anima inquit dominuz diligere. eſt ipm̄ diligere ex tota voluntate ſine contrarietate Certe tūc ex tota anima deum diligis quādo nō quod tu vis. nō quod mundꝰ conſulit. nō quod caro ſuggerit. ſed quod dominū deū tuū ſcis velle ſine cōtradictione libenter facis . Certe tūc deū ex tota anima diligis. quādo pro amore ihū xp̄i animā tuam ſi neceſſe fuerit morti libenter exponis . Si autē in aliquo iſtorum negligens fueris. iam nō ex tota aīma deū tuū diligis. Dilige ergo dominū deuz tuū ex tota anima tua. ꝛ conforma voluntatē tuam voluntati diuine in omnibꝫ. Et non ſolū ex tota anima ſed etiā ex tota mente. Audi iteruz beatū Auguſtinū te docentē Ex tota inquit mente diligere deū. eſt diligere eū ex oī memoria ſine obliuione Amen.

De finali perſeuerantia
Capitulū. viij.

p Oſtq̄ꝫ omniū virtutū adeptus ē q̄s principiū. nec tamē in conſpectu dī apparet glorioſus. niſi virtutuz conſummatrix aſſit ꝑſeuerātia. Quia nullꝰ omnino mortalis quātumcūqꝫ perfectꝰ. eſt laudandus ī vita ſua niſi prius hoc totū quod inchoauit. bono ꝛ felice fine concludat Unde beatus Bernardꝰ dicit. Tolle perſeverātiam nec obſequiū nec beneficiū nec gratiā nec laudē fortitudo ꝓſtabit. Parū enim valet hominē fuiſſe religioſum. ſiue fuiſſe humilem ꝛ patientē. fuiſſe deuotū ꝛ continentem. deū dilexiſſe ꝛ celicas virtutes habuiſſe niſi adeſſet perſeuerātia. Cū enim omnes ꝯnites currāt. ſola perſeuerātia accipit brauium. Quia nō ille qui incipit ſed qui perſeuerauerit ſalꝰ erit. Unde Johānes chryſoſtomꝰ dicit. Que vtilitas ſeminū florentium ꝛ poſtea tabeſcentiū. quaſi diceret. penitus nulla. Sꝫ igitꝛ chriſti dilectiſſima aliq̄s bonorū operū habes virtutes. imo qꝛ multas habes in his perſeuera. in his profice. ī his vſqꝫ ad mortē viriliter chriſti age miliciam. vt cū extrema dies finiſqꝫ vite aduenerit. ꝑ ſtipendio ꝛ mercede laboris detur tibi corona glorie ꝛ honoris. Unde ieſus chriſtus vnice tibi dilectus alloquitꝛ te in Apocalipſi dicens Eſto fidelis vſqꝫ ad mortem ꝛ dabo tibi coronā vite . Hec corona nihil aliud eſt q̄ꝫ premiū vite eterne. ad quaz adipiſcendā inflāmare te debet deſideriū om̄ium chriſtianoꝝ. Eſt eñ tā magna vt nullus om̄ino eā eſtimare poſſit. ſicut dicit beatus Gregoriꝰ tā multa vt nullꝰ eam dinumerare queat. Eſt deniqꝫ tam longa ꝛ durabilis vt nunq̄ꝫ terminari poſſit ꝛ finiri . Ad hanc mercedē ad hanc coronā inuitat te dilectus ſpōſus tuus dilectiſſimꝰ Jeſus chriſtꝰ ī Cāticis canticoꝝ dicēs. Ueni de lybano ſponſa mea. veni de lybano coronaberis. Surge ergo amica dei ſponſa Jhū chriſti. colūba ſponſi eterni veni ꝛ propera ad nuptias filij dei . quia tota celeſtis curia expectat te. quia om̄ia parata ſunt. Eſt enim paratꝰ ſpecioſus ſeruꝰ tuus vt tibi ſeruiat ꝛ nobilis cibus precioſus ꝛ delectabilis vt te reficiat ſocietas dulcis ꝛ preamicabilis vt tibi ꝯgaudeat. Surge ergo ꝛ propera feſtinanter ad nuptias. quia ibi eſt paratꝰ ſeruus ſpecioſus vt tibi ſeruiat Iſte ſeruus nō eſt alter niſi cetus angelicus. imo ipſe eternus dei filiꝰ qui de ſeipſo teſtatur dicens in euāgelio Amen dico vobis. quia ꝓcinget ſe ꝛ faciet illos diſcumbere ꝛc̄. O q̄ꝫ magna gloria tūc erit pauperibus abiectis quādo miniſtrū habebūt filiū dei ꝛ ſummi regis ꝛ totū conuentuz exercitus regni celeſtis. Eſt etiaz ibi paratus cibꝫ precioſus ꝛ delectabilis vt reficiat. Ipſe enim dei filiꝰ menſam ꝓprijs manibꝫ poſuit ſicut ipſe de ſe in euangelio teſtatur dicens. Ego diſpono vobꝫ ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnū. vt edatis ꝛ bibatis ſuꝑ mēſam meā in regno meo. O q̄ꝫ ſuauis ꝛ delicioſus eſt cibꝫ ille quem ꝓparauit ī dulcedine ſua pauperi deꝰ. O q̄ꝫ beatus eſt ille qui in regno celoꝝ panē manducabit illū qui in clybano virginalis vteri coctus eſt igne ſācti ſpiritꝰ. Si quis mādacauerit ex hoc pane viuet in eternū. Tali cibo tali pane cibat ꝛ reficit ſuos electos rex celeſtis in mēſa ſua ſicut in libro Sapiē dicitꝛ. Angeloruz eſca nutriuiſti populū tuū. ꝛ paratū panē d̄ celo ꝓſtitiſti ei ſine labore om̄e delectamētū ī ſe habentē ꝛ oīs ſaporꝭ ſuauitatē ꝛ deſeruiens vniuſcuiuſqꝫ volūtati . Ecce talis ē refectio

diuine menſe. Et nihilominꝰ parata eſt ibi ſocietas dulcis ⁊ ꝑamabilis vt tibi cōgaudeat. Illic enī erit Jeſus cū patre ⁊ ſpūſancto. Illic maria cū florigero exercitu ỽginū. Illic aplī. martyres. cōfeſſores. ⁊ omniū electorū celeſtis exercitꝰ. Miſerabilis prorſus q̄ tā nobiliſſime ſocietati nō fuerit ſociatus Valde mortuū habet deſideriū qui huic ſocietati iūgi nō deſiderat. Sed tu o ꝑclariſſima dei famula ſcio te quidē deſiderare xp̄m ad hoc te niti totiꝫ viribꝫ quomō regi eterni poſſis iūgi cōſortijs ⁊ amplexibꝫ. ⁊ nūc excita cor tuū ⁊ animā tuā ⁊ erige totū cor tuuꝫ ⁊ cogita quantū potes. Si enī ſingula bona delectabilia ſunt. cogita mēte q̄ꝫ bonū ſit illud delectabile. qđ ꝯtinet iocunditatē omniū bonoꝝ. Si bona eſt vita creata q̄ꝫ bona eſt vita creatrix. Si iocūda eſt ſalꝰ facta q̄ꝫ iocūda eſt ſalꝰ que fecit omnē ſalutē. Qui hoc bene fruet̄. q̄d erit illi ⁊ quid nō erit. certe quicq̄d vellet hoc erit ibi. q̄cquid nollet hoc nō erit. Ibi quippe erūt bona corporis ⁊ aīme. qualia nec oculꝰ vidit nec auris audiuit nec cor hoīs intellexit. Cur ergo famula dei ꝑ multa vagaris querēdo bona aīme tue ⁊ corpis tui. Ama vnū bonū in quo ſūt oīa ⁊ ſufficit. deſidera ſimplex bonū quod eſt oīe bonū ⁊ ſatis eſt. Ibi eſt quod amas mater mea. qđ deſideras ỽgo beata. Ibi eſt quicq̄d amas q̄cquid deſideras. Si te delectat pulcritudo. fulgebūt iuſti ſicut ſol. Si delectat lōga ⁊ ſalubris vita. ibi eſt ſana eternitas. q2 iuſti in ꝑpetuū viuūt. ⁊ ſalꝰ iuſtorū eterna. Si te delectat ſacietas. ſaciabimur cū apparuerit gloria dei. Si ebrietas. inebriabimur ab vbertate domꝰ tue. Si te delectat dulcis melodia. ibi angelorū chori concinūt alla laudātes. Si te delectat amicicia ibi ſancti diligūt deū plus q̄ꝫ ſeipſos ⁊ deꝰ diligit ſuos plꝰ q̄ꝫ ſe ipſi. Si ꝯcordia delectaris oībꝫ illis erit vna volūtas. quia nulla erit ibi niſi dei volūtas. Si te delectat honor ⁊ diuitie. deꝰ ancillas ſuas ⁊ ſ̄uos ſuos bonos ⁊ fideles ſup̄ multa ꝯſtituit imo filij ⁊ filie dī vocabunt. ⁊ erūt ibi ipſi hereditas dei. Illi q̄dē heredes dei. coheredes aūt xp̄i. Quale aūt vel q̄ꝫtū gaudiū vbi tale actuatū ē bonū Certe dn̄e ihu nec oculꝰ vidit nec auriꝫ audiuit nec i cor hoīs aſcēdit in hac vita q̄ntum amabūt te bri ⁊ de te gaudebūt i illa btā vita. Quātūcunq̄ quiſq̄ deū amat. tm̄ ibi de deo gaudebit. Ergo h multū ama vt mltuꝫ gaudeas. Creſcat in te amor dei vt ibi plene poſſideas gaudiū dei. Mediteṫ inde mens tua. loquaṫ inde lingua tua. Amet illud cor tuū. ſmocineṫ os tuū. Eſuriat illō aīma tua ſitiat illud caro tua. deſideret tota ſubā tua donec intres in gaudiū dei tui. donec venias ad amplexus dilecti tui. donec introducat te in thalamū dilecti ſpōſi tui. Qui cum deo patre ⁊ ſpūſancto viuit ⁊ regnat deus. ꝑ oīa ſecula ſeculoꝝ Amen.

Explicit Bonanētura ad ſorores ſuas moniales ſancte Clare.

## Laus beate virginis

marie dictata a ſancto Bonauētura ſm̄ litteras ſalutatiōis angelice. ſcꝫ Aue Maria clauſulatim. in qua multiꝫ ſacre ſcripture locis oſtendit̄ figurata.

Aue celeſte liliū. aue roſa ſpecioſa.
Aue mr̄ humiliū ſupis imperioſa
Deitatiꝫ tricliniū hac ī valle lacrimaꝝ
Da robur fer auxiliū. o excuſatrix culpaꝝ.
Virgo pia ſine pare. gabriele nūciante
Que meruiſti portare xp̄ꝫ flatu ſacro flāte
Virgo ptū pꝰ ⁊ an̄ refugiū ſingulare
t Ercia ala eſt carnis mundicia. Ca/ro mūda eſt quā nō coinq̄nat luxuria. Luxuria oīm virtutuꝫ eradicat germina. Hui⁹ ale penna ꝓma eſt viſus pudicicia. hec petulantiā excludit. hec circū/dat oculū ne ꝯcupiſcat alienum. ne videat ad ꝯcupiſcendū mulierē. Cuiḡ erga femi/narū formas laſciu⁹ ⁊ curioſ⁹ oberrat aſpe/ctus. iſte ⁊ mēte eſt impudic⁹. Pēna ſcđa eſt audit⁹ caſtimonia. Caſte ſunt aures que voces nō recipiūt obtrectantis maledici. ⁊ blaſphemi ꝟba nō audiūt. falſis crimīatio/nibꝰ. mendacio. irritatiōi. impudicis canticis ⁊ dextralibꝰ nō patēt. obturanť ⁊ clauſe ſūt ne iudiciū ſanguis audiāt. Nihil obſcenuꝫ

recipiunt. ſed ab omī ceno corruptiōis auer
ſe ſunt. Tercia penna eſt olfactus mode/
ſtia. Si q̄s odorē capit bonū ⁊ opibus mi/
ſericordie ſuauitatis odorē reqrit. hui⁹ mo
deſtia eſt odoratio. Qui ꝟo pmis vngentis
delibut⁹ incedit. hui⁹ odorat⁹ nō virtutꝭ ſed
fetoris ſpirat odorē. Huius eīn ſuauitatis
odor immaniſſimi vicij fetor eſt Quarta
penna eſt guſt⁹ temperantia. hec gule ⁊ ebrie/
tatis ſubruit imoderantiā. Ve illis quorū
deus venter eſt. ⁊ gl'ia in ɔfuſione eoꝝ q̄ ter
rena ſapiūt. Vñ Greg⁹. Dū venter a ſatie/
tate nō reſtringit p ɔcupiſcentiā carnis ſi/
mul oīs ꝟtutes obruunt. Vñ legit. Quia
pnceps cocorū deſtruxit muros hieruſalē.
Muros hierl'm pnceps cocorū deſtruxit.
q2 anīe virtutes dū ventri indulget pericli/
tant. De crapula ⁊ ebrietate dñs ait. Vide
te ne forte grauent corda vr̄a in crapula et
ebrietate. et ſuperueniat ī vos dies repentina.
Ebrietas eſt parens litiū. furoris mr̄. petu
lantie deformis eſt mgr̄a. Hanc q̄ habet ſe
nō habet. hanc q̄ habet hō nō eſt. hāc q̄ ha/
bet peccatū nō facit. ſed ipē eſt petm̄. Ebrie/
tas eſt demon blādus. venenū dulce. rabi/
es voluntaria. illecebroſa honeſtatis iniu/
ria. hanc nullus nouerit xp̄ianus. Quin
ta penna eſt tact⁹ ſanctimonia. peccati ſor/
des ne ɔtrectet. man⁹ xp̄iam nihil imundū
tangat. Caro eī⁹ ſi tetigerit. ſi ſingl'a queqꝫ
membra in officijs mandatoꝝ dei deſerui/
ant mūda dicenda ſunt. Si vero vltra pre
ſcriptas ſiue diuinit⁹ datas luxuriāt leges
immūda dicenda ſunt vl' reputanda. ⁊ hec
pudenda ſunt. ⁊ h̄ puto eſſe qd̄ apl'us dicit.
Sicut eīn exhibuiſtis membra vr̄a ſeruire
iniquitati ad iniquitatē. ita nunc exhibete
membra vr̄a ſeruire iuſticie in ſanctificatio
ne. Sit ergo oculus pudic⁹, auris caſta. odor
modeſtus. guſtus ſobrius. tact⁹ ſanct⁹ ⁊c.

### De quarta ala.

a La quarta eſt puritas mētis. Hu
ius ale penna pma eſt affect⁹ ſinceri
rectitudo. Affectus deſiderij tui ſit
rectus. ſit ſincer⁹. Rectus erit ſi id appetas
qd̄ appetere debes. Sincer⁹ vero ſi eo mo/
do q̄ honeſtatis virt⁹ ſuadet. Amon ſororē
ſuā dilexit. Affect⁹ amoris rect⁹ fuit. ſꝫ quia
nō eo mō q̄ debuit ſororē dilexit. iō affectus
iſte ſincer⁹ nō fuit. Penna ſcd̄a eſt mentꝭ
in dño delectatio. Scriptū eſt. Delectare i
dño ⁊ da. t. p. cordis tui. Hanc pennā creat
⁊ format virt⁹ ɔtemplatōis. De hac dñs di
cit. Maria optimā partē elegit ⁊c. Ter
cia penna eſt munda ⁊ ordinata cogitatio.
Nihil immūdū mens ɔcipiat. ſed ⁊ mundā
ɔceptionē loco ⁊ tpi accomodet diſcretio.
Quarta penna eſt voluntatꝭ ſanctitudo
Angeli pacē de celo detulerunt homib⁹ bo
ne voluntatꝭ. Nō eſt pax impijs dicit dñs.
Pax multa di. legē tu. ⁊ nō eſt ⁊c. O q̄ deſi
derabile eſt nomē pacis quā firmat religio
nis chriſtiane ſtabile fundamentū. Vñ au
tē cū diceret gl'ia in excelſis deo. adiunctū
eſt. Et in terra pax hoib⁹ bo. vo. q2 cū illis
angeli ſocietatē habere feſtināt. quoꝝ men
tib⁹ puritatē bone voluntatꝭ ineſſe conſide
rant. Illos ſecū poſt abſolutiōez carnis ad
ɔtemplationē vere pacis ſubuehere letan
tur q̄s in carne cōmorātes omīa que agūt
aut loquunt de radice bone voluntatꝭ pro
ferre ɔſpiciūt. Tales nanqꝫ ⁊ ſi infirmitas
forte aliqū vel ignorantia a pficienda bona
opatiōe quā cupiūt retardant. tn̄ añ ſummi
arbitri oculos integritas quā vel corde vel
mente tenet bona volūtas eos excuſat.
Quinta penna eſt ſimplex ⁊ pura intētio.
De hac dñs dicit. Si oculus tu⁹ nō fuerit
ſimplex: totū corp⁹ tuū tenebroſū erit. per
oculū intentionē. p corp⁹ ſignat actionem.
Loc⁹ eīn iſte euāgelij ſic intelligēdus eſt vt
nouerim⁹ oīa opa nr̄a nō eſſe mūda ⁊ place
re in ɔſpectu dei niſi fiant ſimplici corde. id
eſt intentiōe ſupna ſiue oculo charitatis. qꝛ
plenitudo legis charitas. Oculū igit debe
mus hic accipe ipām intentionē q̄ facimus
q̄cq̄d facim⁹. que ſi ſimplex ⁊ pura fuerit. et
illud aſpiciens qd̄ aſpiciendū eſt. omīa opa
nr̄a q̄ ſm̄ eam opamur neceſſe eſt vt bona
ſint. Hic opa omīa totū corpus appellauit
q2 apl's dicit. membra quedā opa q̄ impro
bat. ⁊ mortificanda pcipit. dicēs. Mortifi
cate ergo membra vr̄a q̄ ſunt ſup terrā. fornica
tionē. immundiciā. auariciam ⁊ cetera talia
mala. Nō ergo quid quiſqꝫ faciat ſed q̄ ani
mo faciat ɔſiderādū eſt. Fruct⁹ eīn operis
tot⁹ ɔſiſtit in ſimplicitate intentiōis. Quic
quid igit gerendū eſſe cogitatio nr̄a ſugges
ſerit. omī ſcrupulo retractantes atqꝫ in nr̄i
pectoris trutina collocantes. ſeque librati
one iuſtiſſima ppendam⁹. An plenū ſit ho
neſtate cōmuni. An dei timore ſit graue. an
integrū ſenſu. an hūana oſtentatiōe. an ali
qua volūtatis pſumptiōe ſit leue. an meriti

eius pond⁹ inanis cenodoxia nō imminue ri vel arriſerit gl'a. ⁊ ſic ad examen publicū trutinātes. i. ad ꝓphetaꝝ ⁊ apl'oꝝ actus ⁊ teſtimonia cōferentes. vel tanq̄ꝫ integra atq̄ꝫ pfecta ⁊ illis cōpenſanda tencam⁹ vel tanq̄ꝫ impfecta atq̄ꝫ dānoſa. nec illoꝝ ponderi cōſonantia omi cautiōe atq̄ꝫ diligētia refutemus.

De quinta ala.

q Uinta ala dilectio ꝓximi eſt. Huius penna ꝓma eſt. nulli nocere verbo vel ope. De q̄ ſcriptū eſt. Qđ nō vis tibi fieri. ne facias alij. Hanc pennā format virt⁹ innocētie. Innocēs eſt q̄ etiā cū poſſit nulli vult nocere. Quis aſcēdet inq̄t in montē dn̄i. Innocēs manib⁹ Quis innocens manib⁹. Qui nō fecit ꝓximo ſuo malū. Ad nihilū deduct⁹ eſt in cōſpectu ei⁹ malignus. Quis eſt iſte malign⁹ niſi diabolus. Qui nulli vult nocere ꝑe excluſo motū ꝓximi ſentit amoris. Penna ſcđa eſt oib⁹ ꝓdeſſe ꝟbo vel ope. Frater frēm adiuuās. ciuitas munita ⁊ fortis hanc pennā ſuſcitat et ꝓuebit in culmen pfectionis q̄ nulli neſcit ꝯdeſcendere virt⁹ miſcđie. Beati inq̄t miſericordes Qui oib⁹ ſtudet ꝓdeſſe viuū calorē ſpirat amoris. Tercia penna ē ꝓ ꝓpter amicū ꝯſumptaꝝ detrimēta nō tm̄ nō deflere ſed libertatis fortitudine nō ſentire de bn̄ficioꝝ in vſus frm̄ collatoꝝ magnitudine ſꝑ gaudere i corde. Qui ſentit cōputatoꝛ eſt nō largitoꝛ. Qui nō gaudet dolet. De hac penna ſcriptū eſt. Qui negligit dānū ꝓpter amicū iuſt⁹ eſt. iter aūt auari decipiet eū. Quarta penna eſt aiam ꝓ fratre ponere. Quid eſt aiam ponere ꝓ fratre. ꝓ ꝓximi etiā ꝓximi ſalute ꝓpriā voluntatē deſerere. ⁊ in articulo neceſſitatis ꝓ eterna ſalute fratris mortis diſcrimina libenter ſubire. De hac ſcriptū eſt. Maiorē hac dilectionē nemo habet q̄ꝫ vt aiaꝫ ſ.p.q.p.a.ſ. Maioꝛ nō ebulliret feruoꝛ amoris. Quinta penna eſt in his pſeuerare. hāc pficit virt⁹ pſeuerantie. finis nō pugna coronat. Qui pſeuerat. ceſſare neſcit.

De ſexta ala.

ſ Exta ala dilectio dei. hec vt alie q̄nq̄ꝫ pennas habet. Primā haꝝ habet q̄ aliud q̄ꝫ deū nō ꝯcupiſcit. Hec eſt mobile hui⁹ amoris. Scđam pennaꝫ habet q̄ ꝓpter deū ſua diſtribuit. diſtribuit q̄ partē rennet. partē tribuit. Hec eſt calidū hui⁹ amoris. Terciā pennaꝫ habet q̄ ꝓpter dn̄i amorē nihil ſibi reſeruat. ſed oia relinquit. Hec eſt acutū hui⁹ amoris. Quartā pennā habet q̄ ꝓpter deū ſeipm̄ abnegat. Seipm̄ abnegat q̄ ſuā deſerit vt dn̄i ſolaꝫ faciat volūtatem. Hec eſt feruidū h⁹ amoris. Quintā habet pennā. Qui in his pſeuerat. Qui perſeuerauerit inquit vſq̄ꝫ in finez hic ſalu⁹ erit. Hec eſt inceſſabile huius amoris. He ſunt ale de quib⁹ pš. ait. Sub vmbra alarū tuaꝝ ꝓtege me. a fa. impi. q̄ me afflixerūt. Itē. In vmbra alaꝝ tuaꝝ ſperabo do. t. iniq̄tas. He ſunt penne de q̄bus idem Pš. Quis dabit mihi pennas ſic co. ⁊ vo. ⁊ requieſcā. Uolabo inq̄t terrena deſerens. celeſtia appetens. ⁊ requieſcā. ſꝫa libertate eternaq̄ꝫ fruens beatitudine. Amen.

Incipit tractat⁹ ſancti Bonauēture de ſex alis Seraphin.

Prologus.

d A occaſionez ſapienti ⁊ addet ei ſapientia. Prouerbioꝝ. ix. Cū igiť ex leui ſepe occaſione ſapiens materiā ſumat altioris ſapie. q̄ etiā plerūq̄ꝫ ꝑ alteri⁹ ſtulticiā fit eruditioꝛ. pn̄s ſcriptū pōt nouiſ ⁊ nōdū in officio regiminis ad plenū exercitatis ad pfectā diſcretionē boni ⁊ mali aliqualē dare occaſionē vlteri⁹ cogitādi. et ex defectib⁹ q̄s hic ꝯſiderat diligenti⁹ req̄rendi altiora ſiue vtiliora. ⁊ etiā plura q̄ꝫ hic ponanť neceſſaria religioſo ad regimē ſubditoꝝ. q2 legim⁹ aliq̄n ſapiētes etiā ex naturali quadā brutoꝝ aialiū ſolertia ſumpſiſſe ꝯſideratōis induſtriā ad aliq̄s artificiales peritias excogitandas.

Q Multū differūt ſcire bn̄ ſubeſſe. ⁊ ſocialiter viuere. ⁊ vtiliť pēſſe.

Quatuoꝛ cauſe ꝓ q̄b⁹ indigent impfecti alieno ſubeſſe magiſterio.

Quales eſſe debent q̄ magiſterio ſubeſſe ꝑ ſe nō indigent.

De varijs virtutib⁹ ⁊ ſpecialiť de ſex alis virtutū p̄lato neceſſarijs.

De q̄tuoꝛ differētijs bonoꝝ in religiōe ⁊ q̄ inť hos ſint meliores.

De zelo iuſticie q̄ p̄lat⁹ debet feruere ex amore dei ⁊ ꝓximi.

Diſtinctio q̄druplex obſꝟuātiaꝝ iuſticie in religione ſeruanda.

Circa q̄ magis vel min⁹ inť hec zelus rectoris feruere debeat.

Quinqꝫ cauenda ꝑlatu ⁊ ad q̄ ſit vtilis caſtigatio delinquentiū.
In quibꝫ agnoſcit̃ laudabilis religio. et que vtilitas bonoꝝ de falſis fratribꝫ. ⁊ qualiter ſint tenendi.
Triplex ratio vrget ꝑlatū corrigere ſubditorū exceſſus.
De cōpaſſiōe ꝑlati ⁊ q̄t genera infirmoꝝ corpe. ⁊ q̄bꝫ remediꝭs ſint fouēdi.
Propter tres cauſas infirmi indigēt recreatione. q̄bꝫ etiā ꝑ caritate ſubueniri debet.
Tria genera mente infirmanciū ⁊ q̄bꝫ remediꝭs eis ſubueniendū ſit.
De patiētia ꝑlati q̄ in multꝭ eſt ei neceſſaria. ⁊ ꝑmo de occupatōibꝫ ipiꝰ.
Scđo de tardo ꝓfectu eiꝰ in ſubditis. et cauſe illiꝰ tarditatis.
Tercio de ingratitudine ſubditoꝝ erga diligentiā quā ꝓ ipis habet.
De patiētia ꝑlati in ꝟbis ⁊ moribꝫ. ⁊ in q̄bus noxia ſit eiꝰ impetuoſitas.
Scđo ſit patiēs ꝙ nō oderit ledētes. tercio ꝙ nō officiū ſuū exequat̃.
Multiplex ꝓfectꝰ ꝑlati ex aduerſitatibꝫ q̄ debēt eas ipi reddere tolerabiles.
Prelatꝰ ſit exēplaris vite in cōitate. hūmilitate ⁊ maturitate.
In q̄bꝫ dꝫ eſſe cōmunis cū fribꝫ. et in q̄bꝫ eiꝰ hūilitas attendat̃.
Q̄ dꝫ eſſe maturꝰ in moribꝫ exteriꝰ. in affectu ⁊ ꝯſiliꝭ ſtabilitate.
Quantū ꝓſunt ſubditis exempla bona magiſtroꝝ vel mala nocent. Et quō xp̄m in ſe debent eis oſ̄dere.
De diſcretiōe ꝑlati et quō ſine ipa cetere ꝟtutes impfecte ſint.
Q̄ circa q̄ttuor ꝑcipue diſcretio eiꝰ attēditur. Et que ſint illa
Statū ſubditoꝝ dꝫ agnoſcere ⁊ q̄ ſaluti ſunt neceſſaria ꝑncipaliter ꝓmouere.
Quomō ſe habere debeat circa ꝑfectōis exercitia ⁊ circa illa que ad exteriorē ꝑtinent diſciplinam.
De correctione delinquentiū ⁊ de tribꝰ generibꝫ illorū. ⁊ q̄lit̃ cū ipis eſt agendū.
De tribꝫ generibꝫ exterioꝝ negocioꝝ. ⁊ q̄mō circa illa ſe debeat h̄re ꝑlatꝰ.
De circūſpectione ſuꝑiꝰ. ⁊ ꝑmo vt cōſcientia eiꝰ ſemꝑ ſit mūda ⁊ ſecura.
Secundo de moribꝫ ꝓpriꝭs. ꝟbis ⁊ factꝭ. ⁊ quomō in his medium ſeruet quo ad ſe ⁊ ad alios.
Tercio de ipa ſua diſcretiōe ne de illa nimis ſit ꝑſumens ⁊ ꝙ ſit h̄ periculoſum.
Q̄ ſit vtile cōſiliū q̄rere. ⁊ de illis q̄ facta alioꝝ temere reꝑhendūt.
De adulatoribꝫ et detractoribꝫ nō audiendis. ⁊ q̄re vel a q̄bꝫ ꝯſiliū ſit q̄rendū.
Q̄ ꝑlatꝰ debet eſſe deuotꝰ. ⁊ que bona deuotio ꝯferat.
De triplici genere deuotionis. cōmunis ſpecialis ⁊ aſſidue. ⁊ primo de cōmuni qualis ſit.
Quinqꝫ cauſe q̄re officiū diuinū in eccleſia ſit a ſpūſcō inſtitutū.
Specialis deuotio in quibus conſiſtat ⁊ ꝙ ſaltem interdum debeat prelatus orationi intendere.
Aſſidua deuocio in quibus conſtat. ⁊ de frequenti memoria dei in mente verſanda.
Studendū in omnibꝫ deo placere. ⁊ omnia agendo deo ꝑ orationē cōmendari.
Quomodo his virtutum alis prelatꝰ tegat caput ⁊ pedes ſeu volet. ⁊ ꝙ quilibet bonus eaſdem pro ſe indiget habere. et qualiter.

Explicit prologus cum tabula.
Incipit tractatus.

## Ec tibi ſcribo ut

b

ſcias quomō oporteat te in domo domini cōuerſari. que eſt eccleſia dei viui. prima Thimotei. iij. Apoſtolus paulus diſcipulo ſuo thimotheo quē ꝑfecerat eccleſie ephesi epiſcopū. ſcribit duabus epiſtolis docens quomō conuerſari debeat in officio regiminis cōmiſſi. vt qui iam ab eo didicerat ſancte viuere ꝑ ſe. ſciret etiā qualiter deberet ⁊ aliꝭs vtiliter ⁊ meritorie ꝑeſſe. Magna em̄ differentia eſt inter ſcire humilit̃ ſubeſſe. ⁊ pacifice coeſſe. ⁊ vtiliter ꝑeſſe. Bernardꝰ. Multos cernis ſub magiſterio quiete viuere. quos ſi iugo abſolutos videbis non poſſe quieſcere. nec a q̄libet re innoxios ſe ſeruare. Rurſum quoſdam inuenies cum omnibꝫ quantū in ſe eſt pacifice viuere. minime quidē egentes magiſtro. nec tamen ydonei magiſterio. Quadam ſiquidem bona mediocritate contenti ſunt. ſicut eis menſura grē partitus eſt deus. Socialiter em̄ inter fratres ſciunt ⁊ pacifice viuere. ſuꝑ fratres vero poſiti non ſo

lū inutiliter preſunt ſed ꝛ inſipienter et iniquiter. Utriſq; ergo prioribꝰ meliores exiſtunt qui ſuperiores eſſe ſciunt. Unde nō paſſim quoſlibet de populo docet moyſes ceteris pficere. ſed eligere ex omni populo viros gnaros ꝛ ydoneos qui iudicent populum omī tempe. Exodi. xviij. Qui enim ſuſcipit officiū vt alios bonos faciat. oportet vt hanc bonitatis diſciplinā prius in ſe ſtudioſe exercendo didicerit. ꝛ ex frequēti vſu in habitū verterit. Unde dominꝰ prius legitur feciſſe que poſt erat verbo docturus. Actuū primo. Cepit ieſus facere ꝛ docere. Inſipientes indigent magiſtro vt doceantur que ignorant. ſcz ſaluti ſue ꝛ pfectui neceſſaria ꝛ vtilia. quid vitare debeant. q̇d ſapere. quid facere. quid ſperare. quid timere. ꝛ inter minus vel magis bona vel mala diſcernere. Hebreoꝝ. v. Indigetis vt vos doceamini que ſint elemēta exordij ſermonuz dei. Item vt exerceant in opibus virtutū quia nō ſufficit ſcire bonū niſi etiā opere exerceatur. ſicut q̇ audit medicine ſcientiam ꝛ ꝛ poſtea practicando exercet eam. quia exercitium opis plenius imp̄mit menti cuiuſlibet diſcipline peritiā q̄ȝ ſolus auditꝰ. Et q; impfecti ſegniter ſe in virtutū ſtudijs exercere ſolēt. expedit vt ab alio ad hoc aliquando cōpellantur. Ideo magiſtri ſolent diſcipulos ſuos quos pfectos cupiunt fieri ī diuerſis virtutū exercitijs occupare. modo ī operibus humilitatis. modo fraterne caritatis. modo ſobrietatis. modo deuotionis modo patientie. caſtitatꝭ. taciturnitatꝭ. obedientie. ꝛ aliarū virtutum. vt ꝛ ipe virtutes ſic exerceantur ꝛ vſitent ꝛ vicia his ꝯtraria expugnēt. quia quāto magis virtus pficit. tanto plus viciū oppoſituz debilitat. Ephe ſioꝝ. vj. Educate illos in diſciplina ꝛc̄.

Item vt cuſtodiant ne aut in peccatū labantur. aut minus diſcrete in virtutū operibus exerceant. Tenere em̄ mentes ꝛ a peccati affectu nondū plene deterſe ſepe magꝭ timore humano q̄ȝ diuino a voragine peccati detinentur. Ideo talibꝰ expedit ſuperioruz magiſterio ſubijci. per quos a periculꝭ retrahant. ſicut paruuli a matre cōminante ab aque merſione ꝛ luporuz morſibus defenduntur. Prouerbioꝝ. ij. Seruabit te vt eruaris de via mala. ꝛ ab hominibꝰ qui peruerſa loquunt. Item vt corrigant. quia peccatū trahit ſemp ad deterius. ſicut vna febris prebet ſepe incentiuum alteri grauiori. ꝛ vulnus aliquādo generat fiſtulam niſi medicorū precaueat ſolertia. Ita qui labitur in culpā difficulter per ſe corrigitur niſi fortioꝝ auxilio fulciatur. Propter hoc em̄ vult deus maioribꝰ maiores preeſſe vt ſi ceciderint in peccatū vel in aliquo negligentes fuerint ꝛ incauti. per eorū ammonitiones. correptiones. cohertiones ꝛ caſtigationes emendent. quia ſi arbitrio ſuo relinq̄rentur. forte nec reatum ſuū agnoſcerent. vl' torpentes diutius in ceno volutarentur. vl' profundius mergerentur. Iude. Hos quidem arguite iudicatos ꝛc̄. Neceſſe ergo eſt eos magiſtris humiliter eſſe ſubditos. quia niſi quis medico obedienter obtemperet nō poterit ab infirmitate ſanari. Infirmitates in homine ſunt paſſiones viciorum. Luce. ix. Dedit illis virtutem ꝛ poteſtatē ſuper om̄ia demonia. ꝛ vt languores curarent. Qui autē p ſe magiſtro non indigent debent ita eſſe ſcientia illumīati ꝙ nihil errent in his que ſcire neceſſario eos oportet. ꝛ qui decipi non poſſunt ab homīe vel demone. vel a ꝓprio ſenſu ſub ſpecie boni. donum diſcretionis ſpirituū diuinitus adepti. Philip. iiij. Ubiq; ꝛ in omībꝰ inſtitutus ſum Debēt etiā feruore deuotōis ita eſſe repleti ꝙ ſine alterꝰ impulſu nouerint ſeipos ad om̄e ꝟtutis exercitiū fideliť extēdere. put ſp fuerit optimū. phil'. Que retro ſunt oblitꝰ. ad ea q̄ priora ſunt extēdēs meipm ꝛc̄. Debēt q̄ȝ amore boni ſic eſſe affecti vt q̄ſi naturaliť om̄e malū horreāt ꝛ om̄e ſcandalū ſtudioſe declinent. ſine offenſa q̄ete cū omībꝰ ꝯuerſari. Sine offenſiōe eſtote iudeis ꝛ gentibꝰ. Debēt etiaz ita eſſe hūiles in oībꝰ vt nec de bonis habitꝭ extollant nec mal' oīno carere p̄ſumāt. vt oēs exceſſus cogitatōis. locutiōis. ob miſſiōis in ſe ſubtiliť diiudicēt. ꝛ diſtricte caſtigādo emēdēt. Et ī his oībꝰ ſint ita ſtabiles ꝙ nec leuitate nec diſtractōe aliq̄ nec difficultate vl' metu a ſtatu ſuo valeant imutari. Ro. viij Quis nos ſepabit a caritate xp̄i ꝛc̄. Quia ꝟo tales difficile ē repiri. iō paucis ꝯuenit viuere abſq; obediētie iugo. Ideo ꝛ q̇ alijs p̄ſunt vt melius ꝛ cauti agant. neceſſe hūt alijs ſubeſſe a q̇bꝰ regant vſq; ad ſummū oīm pontificez q̇ vice xp̄i caput ē totius eccl'ie militantis

Qui ergo alijs p̄eſſe debent vtiliť oportet eos varijs eſſe preditos ꝟtutibꝰ. ꝛ alias

habere ad ſe quibꝫ irrep̄henſibilit̄ viuant.
alias ad ſuos ſup̄iores quibꝫ hūiliter eis ī
quibꝫ debent obediāt. ⁊ alias ad ſubditos
quibꝫ eos meritorie regāt et ad meliora p̄/
moueant. Licet aūt omēs v̄tutes eminē
ter hr̄e debeat q̄ ex officio habet oēs virtu/
tes docere. tn̄ q̄ȝ numerꝰ ſenarij eſt p̄mꝰ p̄fe
ctus numerꝰ ſui generꝭ p̄fectiōis. ꝯſtans ex
ſuis partibꝫ aliq̄tis. ideo bonꝰ aīarum re
ctor maxime religioſus inter ceteras debet
ſingularibꝫ v̄tutibꝫ prefulgere. ſicut Jſaias
ſcribit. Seraphin q̄ ſunt p̄minētiora cele/
ſtiū ſpirituū agmina ſex alis ornata. Et for
taſſe ideo in tali ſil̄tudine. ſctiſſimo p̄ri nr̄o
franciſco in illa gl̄ioſa viſione dn̄s apparuit
qn̄ eum paſſionis ſue ſtigmatibꝫ inſigniuit.
vt oſ̄deret ſic alatos ſp̄ūalit̄ eſſe debere qui
eiꝰ familie vtilit̄ p̄eſſe deberēt. Sic ⁊ q̄ttu/
or an̄ialia ſingl̄a habebāt alas ſenas Apo/
cal̄.iiij. Prima ala rectoris aīaꝝ eſt ze/
lus iuſticie. qua nō p̄ōt aliquid iniuſtū ſine
cordis murmure ī ſe ⁊ ī alijs ſuſtiere. Tātū
eīm quiſq̄ȝ bonꝰ eſtimādus eſt q̄nto plus et
purius odit malū. Quantū eīm res diligit̄
tantū de eiꝰ deſtructiōe dolet̄. Vn̄ notā/
dū q̄ ſunt q̄ttuor genera hoīm in religione
vel in eccl̄ia q̄s bonos dicere ſolemꝰ Pri
mi ſunt q̄ malum nō faciūt. nec tn̄ in bonis
op̄ibus ſe ſtudioſe exercent. vt q̄ quiete ⁊ pa
cifice cū alijs viuūt. nullū offendentes. nec
prauo op̄e ſcandalizantes. j. Reg. xxv. Ho/
mines iſti ſatis boni fuerūt nobis ⁊ nō mo
leſti ⁊c̄. Nā ⁊ in vſu habemꝰ tales dicere bo
nos eſſe q̄ mites ſunt moribꝫ ⁊ ſocial̄r ſe cū
omnibꝫ habentes. licet alias quo ad virtu/
tū exercitia aliq̄tnꝰ deſides videant̄. Pue/
ri etiā baptizati eodē modo boni iudicant̄.
Secundi ſunt meliores q̄ mala nulla fa
ciunt. inſup̄ in bonis op̄ibus ſe frequenter
exercent. in ſobrietate. caſtitate. humilitate
dilectione p̄ximi ⁊ oꝛōnis inſtantia ⁊ ſimili/
bus q̄ intelligūt eſſe bona. Sed h̄ hn̄t p̄ri/
um q̄ ſicut nihil negligūt ex his q̄ p̄nt et ſci
unt. ita etiā videt̄ eis ſufficere bonū qd̄ faci
unt. nec ad ampliora ⁊ p̄fectiora ſcītatꝭ de/
ſideria incaleſcūt. Sufficit eis eīm vigilare
tantū orare. eīm p̄ deo dare vel ieiunare vel
laborare ⁊ hm̄oi. ⁊ his ꝯtenti quieſcūt. altio
ra alijs relinquētes. Eccl̄iaſtes. iij. Depre
hendi nihil eſſe melius q̄ letari hominē in
opere ſuo. ⁊ hanc eſſe partē illius. Tercij
ſunt adhuc his meliores q̄ malū deteſtant̄
⁊ fugiunt. ⁊ bona que poſſunt ſtudioſe exer/
cent. ⁊ cū omia fecerint q̄ valent. parū ſe fe/
ciſſe reputant reſpectu eoꝝ que deſiderant.
ſcientes q̄ corp̄alis exercitatio ad modicū
vtilis ab ap̄lo p̄hibet̄. j. ad Thimo. iiij. Et
ideo v̄tutes mentales ⁊ interne deuotōnis
saporē ⁊ dei familiarē noticiā ⁊ amoris eius
experientiā ſuſpirādo deſiderāt. nihil ſe eſ/
ſe vl̄ habere iudicātes. nec aliquā ꝯſolatio/
nē de t̄p̄alibus vl̄ ſp̄ūalibꝫ recipiētes. q̄diu
p̄ voto p̄dictis virtutū exercitijs ⁊ deuotio
nis dulcedine nō fruunt̄. nec eīm ꝯtra alio/
rū vicia ⁊ peccatoꝝ pericula zelo feruorꝭ in/
flāmant̄. cupiētes oēs eſſe bonos ⁊ bea/
tos. ſed vbi hoc nō inueniūt nullo doloris
vulnere ſauciant̄. ſibimet intenti ⁊ deo. Ta
les ad alioꝝ regimen vocati. minus in hac
parte ſunt ydonei. q̄ȝ p̄prie quieti curā illoꝝ
poſtponunt. Juxta illud Judicū. ix. Nun
quid poſſum deſerere dulcedinē meā. fru/
ctuſq̄ȝ ſuauiſſimos. ⁊ ire vt int̄ cetera ligna
p̄mouear Quarti ſunt optimi q̄ cū p̄rio/
ribꝫ bonis innocētie ⁊ virtutū. zelo iuſticie
⁊ aīaꝝ calent. q̄ nō recipiūt ꝯſolationē de
p̄prie ſalutis p̄fectibꝫ niſi alios ſecū trahāt
ad deum. exēplo dn̄i qui cū in ſe plenū ſem/
per habeat gaudiū. nō ꝯtentꝰ gloriā ſolus
habere exiuit aſſumpta forma ſerui m̄ltos
filios ī gloriā ſecum adducere opere ⁊ do/
ctrina. Zelus eīm iuſticie q̄ſi coccus bis tin/
ctus duplici caritatꝭ colore rutilat amoris
dei ⁊ p̄ximi. Amor dei non tm̄ deſiderat eiꝰ
dulcedie frui ⁊ ei adherere. ſed etiā diligit
eiꝰ bn̄placitū impleri. eiꝰ cultum ampliari ⁊
honorē ſublimari. vult eīm eū ab oībꝫ agno
ſci. ab oībꝫ amari. ab oībꝫ ei ſuiri. et ſup̄ oīa
honorari. Amor p̄ximi deſiderat nō tm̄ eiꝰ
corp̄alē ſoſpitatē ⁊ t̄p̄alē p̄ſperitatē. ſed ma/
gis eiꝰ et̄nā ſalutē. Vbi ḡ caritas iſta p̄fecti/
or. ibi feruentiꝰ deſideriū iſta p̄mouendi. et
inſtantiꝰ ſtudiū ⁊ puriꝰ gaudiū vbi hec īue/
nit. Caritas eīm nō querit q̄ ſua ſunt. ſȝ que
dei ſunt. Quantū vero diligꝭ deū ⁊ que dei
ſunt purius deſideras. tantū doles de of/
fenſa dei vbi vides eū non agnoſci. ⁊ idō in/
honorari vbi vides eū non amari ⁊ ei non
obediri. ⁊ eius cultū deſtrui ⁊ aduerſarios
multiplicari ⁊ letificari. Et quantum diligꝭ
ſalutē p̄ximi tantū affligeris de perditione
eius ⁊ nocumēto p̄fectꝰ eiꝰ. Et licet h̄ cari
tas requirat̄ in omībus amicꝭ dei. maxime
tamē in vicarijs dei. qui ſm̄ cor dei moueri

debent amore iuſticie et odio iniq̄tatꝭ. Ps.
Dilexiſti iuſticiā ⁊ c̄. Juſticia ꝑt h̄ dici obſ
uātia oim q̄ ſaluti vł ꝑfectui aiaꝝ neceſſa/
ria ſunt. Horū quedaꝫ ꝓcedunt a lege eter/
na. vt pure virtutes. humilitas. caſtitas. ca
ritas. miſcdia. ⁊ fides. ſine quibꝫ null⁹ q̄cūq̃
tpe poterit ſaluari. ad que etiā p̄cepta dei ī
veteri ac noua lege maxime ordinant. Sic
dn̄s dicit ad dilectionē dei ⁊ ꝓximi totā le/
gem ⁊ ꝓphas ſpectare. Math. xxij. In his
duobꝫ mādatis ⁊c̄. Quedā ꝓcedūt ab hūa/
na vice dei inſtitutiōe. vt q̄ ꝑ eccliam ꝓ com
muni vtilitate canonice ſunt p̄cepta. ſicͥ ri/
tus ſacroꝝ ⁊ alioꝝ ad iuris poſitiui p̄cepta
ꝑtinētiū. extra. Canonū ſtatuta ab oībꝫ ob
ſeruent. ita vt qlibet obſuet illa q̄ ꝯueniunt
ſuo ſtatui et cōiter oībꝫ īpata. laici ſiue cleri/
ci. Quedā ex voto ꝓprio ꝓueniūt. vt ea ad
q̄ nemo cogit. Sed q̄ ea ſponte vouerit iā
velut ex p̄cepto dei cōpellit obſuare. vt cōti
nentia religioſoꝝ ⁊ obediētia. ⁊ abdicatio ꝓ
prij in monaſterio. ⁊ alia q̄ ꝑ regulaꝫ vel cu/
iuſq̃ ordinis diffinitiōes ei⁹ ꝓfeſſoribꝫ im/
ponunt. Deut. xxiij. Cū votū voueris dn̄o.
nō tardabis reddere. qꝛ reqret illud deus. ⁊
ſi moratus fueris reputabit tibi in pctm̄. ſi
nolueris polliceri abſq̃ pctō eris. Qđ aūt
ſemel egreſſum eſt de labijs tuis obſerua/
bis ⁊ facies ſic ꝓmiſiſti dn̄o deo tuo et ꝓpria
volūtate ⁊ ore tuo locut⁹ es. Quedā ꝓce
dūt ex quadā habilitatōe ꝑfect⁹ ſpūalis. q̄s/
uis alias nō forent neceſſaria ſaluti. vt om/
nis diſciplina diuini officij ⁊ ſingulorꝫ offi/
cioꝝ in religione. ⁊ officioꝝ ⁊ tēpoꝝ in ſilen/
tio. victu ⁊ habitu. labore. vigilijs et ceteris
ſpūalibꝫ diſciplinis. in quibꝫ ſingularū reli
gionū obſuantie variant. ſicut cuiq̃ viſum
fuerit expedire. Q̄uis aūt in his nō tan
ta vis ſalutis exiſtat q̄ſi ſine eis nō ſit ſalus.
tn̄ tranſgreſſio eoꝝ deformat religionis de
corē ⁊ ꝓfectū ſpūalē. ⁊ alioꝝ edificationē ſo/
let impedire. Sicut em̄ amor iuſticie ſtu
dioſe iſta in ſe ⁊ in alijs ꝓmouet ⁊ cōgaudet
vbi videt iſta ſollicite obſuari. ita ecōtrariu
dolet ⁊ vrit ⁊ accendit ꝑ tranſgreſſione illo
rū. Ps. Nonne q̄ oderūt te ⁊c̄. Quod ā vero
intimo ſapore diſcernit vt mag̃ doleat de
grauioribꝫ tranſgreſſionibꝫ ⁊ de leuioribus
min⁹. Sapiens em̄ quaſq̃ res ponderat ꝓ
ut ſunt. tam bonas q̄ malas. Inſipiēs aūt
q̄ſq̃ magna ꝑ paruo reputat. ⁊ leuia q̄ ma
xima ponderat. trabem feſtucam iudicat li/
quādo culicē ⁊ glutiendo camelū. Luce. xi.
Decimatꝭ mentā ⁊ rutā ⁊ relinquitis q̄ gra/
uiora ſunt ⁊c̄. Tales zelo ꝓprio ferunt. ⁊ nō
ſpū dei in hac parte agunt. Sicut quidaꝫ
ꝑ vna inclinatiōe in choro neglecta plus ac
cendunt ꝑ nniendo q̄ ꝑ longa detractione
de alio religioſo excitata. Grauı⁹ indignan
tur ꝑ verſiculo ⁊ rubricula neglecta q̄ ꝑ ma
gna ꝑturbatione cū ſcandalo procurata.

Principaliter igit cauenda ⁊ dolēda eſt
trāſgreſſio p̄ceptorū dei. deinde inuiolabili
um preceptoꝝ ſancte ecclie. deinde illorum
q̄ ſub voto volūtario ſibimet q̄ſq̃ fecit neceſ
ſaria. vt regulares obſeruātie. maxime que
ſub p̄cepto ſunt ſtatute. deinde omia ſcāda/
la ſpeciē mali quācūq̃ habentia. auaricie. ſu
perbie. inuidie. caſtrimargie. iracundie ſu/
ſpecte familiaritatis. inobediētie. ⁊ ſimiliū
vicioꝝ que odorē fame religioſoꝝ quo alij
fideles debēt ab eis edificari ⁊ ab eis diſce/
re quid cauere debeant ⁊ facere. fetere faci
unt. vt magis ꝑ eos inficiant ſcandalo q̄ re
ficiant virtutis exemplo. Roma. ij. Nomen
dei ꝑ vos blaſphemat inter gētes. Faci
lius autē grauius peccatū occultū curat q̄
tale ſcandalū. quia illud ꝑ ſecretā poteſt ſa/
nari penitentiā. ſcandalū autē vix auellitur
a cordibꝫ omniū ad quos forte ꝑuenit. De/
inde cauenda eſt ꝑturbatio ſtudij deuotio/
nis. ex qua fulcit omis vera religio. ⁊ omne
virtutis exercitiū impinguat. Arida eſt om
nis religio que nō oleo iſto ſaginat. Inſta/
bilis eſt bonorū operum ſtructura que de/
uote orōnis frequētia non cōpaginat ſicut
paries lapidū ſine cemento. In omi religio
ne vbi deuotiōis feruor tepuerit. ⁊ etiā altariū
virtutū machina incipit deficere ⁊ ꝓpinqua
re ruine. Lampades fatuarū virginuꝫ ſine
oleo extinguunt. Math. xxv. Deinde cauē
da eſt negligentia exterioris diſcipline. que
pro decore religionis ⁊ habilitationis pro
fectus ſpiritualis ſtatuta eſt. cuius deſer/
tio ſignum eſt neglecte cōſcientie ⁊ interio/
ris leuitatis. Talis autē diſcipline obſuan
tia nō ita mandat quaſi aliter non liceat vi/
uere. ſed quia ſic magis cōuenit ꝓpter hone
ſtatis conformitatē ⁊ vniformē fratꝝ cōuer
ſationē. ne ꝑ libitu quiſq̃ viuat ⁊ faciat vn/
de forte alij turbent. In talibꝫ auteꝫ obſer/
uantijs que in ſe indifferētes ſunt ſed ꝓpter
aliud ſtatute. vt dictum eſt. maior eſt hn̄da
diligētia vt bn̄ fuent q̄ ſcrupuloſe timēdū

ſi ex aliq̄ ſurreptiõe q̄nq; tranſgrediant̄.niſi
forte ꝯſuetudo generaret deformitatẽ ⁊ diſ
ſimulatio negligentiã nutriret.cũq; ꝓpter ali
ud malũ ꝯſequẽs ꝓcauendũ zelus diſcipli/
ne dormire nõ debet. Uerus igit̄ iuſticie
zelator ꝑmo cauet ne malũ aliq̄ mõ faciat vl'
doceat. Scđo ne licenciet vl' ꝯcedat q̄cũq;
importunitate ſeu circũuentõne mollitus.
Tercio ne faueat vl' diligat fieri.etiã ſi eo ir
requiſito fiat t' abſente. Quarto ne diſſimu
let ⁊ taceat q̄ſi neſciẽs.cũ ad eum ꝑtineat ar
guere ⁊ oñdere q̄ntũ malum ſit.⁊ deterrere
ne vlteriꝰ audeãt ſilia attẽptare. Quinto ne
inultũ eſſe patiat̄.q2 aliq̄d bonũ parit pcti
caſtigatio.ſ.q2 ipſe q̄ fecit ꝓhibet̄ vltra pecca
re. Johẽs. Iã noli peccare ne deterius tibi
aliq̄d ꝯtingat. Itẽ q2 purgat̄ a pctõ ne a dõ
poſtea duriꝰ puniat̄. Prouer.xxiij. Tu vir/
ga ꝑcuties illũ.⁊ aĩam illiꝰ de inferno libe/
rabis. Itẽ q2 ꝑ hoc aliĵ erudiunt̄ vt caueãt
ſilia ꝑpetrare Prouer. Peſtilente flagellato
ſapiẽtior erit paruulꝰ.i. tenellus ⁊ nouꝰ cau
tior eſſe diſcet. Itẽ ipſe p̄latꝰ vicariꝰ ſuperni
iudicis liberat aĩam ſuã a pctõ negligentie.
officiũ ſuum ſic implendo. Nõ q2 heli ſacer
dos nõ fecit mortẽ ſniam cũ filiĵs peccãtibꝫ
excepit. Reg.iiij. In h' eñ differũt laudabi/
les religiões ⁊ iã dilapſe.non ꝙ nullus pec/
cans in laudabilibꝫ repiat̄.ſed ꝙ nullus im
pune peccare ſinat̄.⁊ peccãdi aditꝰ ſtudioſe
ꝓcludant̄.⁊ incorrigibiles ⁊ alios inficien/
tes eliminent̄.⁊ boni foueant̄ ⁊ diligant̄ vt
ꝑſeuerent ⁊ in meliꝰ ſemꝑ ꝓficiãt. Nã cum
in cõuentu angeloꝝ ante ꝯfirmationẽ et in
ordine apłoꝝ ſub magiſterio xp̄i reperta ſit
prauitas.q̄s ordo bonoꝝ in terra audeat ſi
bi arrogare hãc ꝓrogatiuã ꝙ pctm̄ in eo nõ
ſit.q2 ⁊ ſi plurimi ꝑ dei gr̄am immunes ibi
fuerint.ſed nõ omẽs. Joh.xiij. Uos mũdi
eſtis ſed nõ omẽs. Bonis eñ q̄diu ſũt hic
in ſtatu merendi expedit aliq̄s malos ſecũ
habere q̄ eis ſint maioris occaſio meriti.q̄
bñs cõpatiant̄ in malis ſuis. cõtra q̄s zelꝰ
eoꝝ inardeſcat.q̄s corrigere laborẽt.q̄bꝫ ſi/
miles fieri ꝑhorreſcãt.q̄ eis ſint temptationis
materia.a q̄bꝫ etiã ꝑſecutiões ſuſtineãt.⁊ ex
quoꝝ ꝯſideratiõe ꝯfuſi humilient̄. quia ta/
les nõ ſunt.ãmoneant̄ gr̄arũ actõnis ei qui
cuſtodit eos ne tales efficiant̄. Si autẽ de/
eſſent bonis ꝓdictarũ virtutũ occaſiones.
merita ipſoꝝ tanto fierent etiã minora. Ga/
lathaꝝ.vj. Que eñ ſeminauerit hõ hec et me/
tet. Nec tñ diligendi ſunt mali ſeu fouendi.
ſed tolerandi.maxime quoꝝ occulta ſũt ma
la.⁊ alios nõ inficiũt ⁊ eſt ſpes de correctio
ne ipſoꝝ. Ubi ꝟo iſta defecerint ibi ſine gra
ui detrimento ſuſtineri nõ pñt.⁊ iõ eliminã
di ſunt.ne putet̄ eoꝝ prauitas bonis place/
re. Interim etiã dũ tolerant̄ puniendi ſunt
ſtimulis ãmonitionũ.correptionũ.cõfuſio/
num.caſtigationũ. vngendi etiã fomentis
exhortationũ.ꝯſolationũ.orõnũ ⁊ ꝓmiſſio
nũ.ſi forte cõualeſcant de infirmitate ⁊ for/
tes fiant. Precludenda eſt eis via peccandi
⁊ tẽptatiõis aditꝰ obſtruẽdi.qđ etiã bonis
expedit ne oportunitas mali faciat eos de/
teriores. Prelatꝰ eñ vicariꝰ dei cui data
eſt ptãs a dño ſuꝑ familiã ſuã.⁊ cui debent
ſubditi ea de cauſa vice dñi obedire.ſi non
corrigit delinquẽtes. ſi ꝑmittit ſub ſe vicia
creſcere.⁊ ꝯſuetudines malas oriri. ⁊ iã ex/
ortas roborari ⁊ dilatari. ſi videt reglares
obſeruãtias dilabi.⁊ trãſgreſſiones multi/
plicari.et ꝓꝑ poſſe nõ obuiat tã pñtibꝫ malis
q̄ imminẽtibꝫ.triplicẽ deo reddet rationẽ.
Primo ꝓ ſua negligẽtia. q2 ñ fecit ad qđ
officio tenebat̄. Sap.vj. Cum eſſetis mini
ſtri regni illiꝰ nõ recte iudicaſtiſ. nec cuſtodi
ſtis legẽ iuſticie.neq; ſc'm voluntatẽ eiꝰ am/
bulaſtis. Horrende ⁊ cito apparebit vobis
q̄m iudiciũ duriſſimũ his q̄ p̄ſunt fiet ⁊c̄
Scđo ꝙ oĩa pctã ſubditorũ q̄ poterat ⁊
debuerat correxiſſe ⁊ ꝓcauiſſe imputant̄ ei.
Ezech.xxxiij. Si nõ fueris locutꝰ vt cuſto/
diat ſe impiꝰ a ſua via.ipſe in impietate ſua
morietr̄.ſanguinẽ aũt eiꝰ de manu tua req̄/
ram. Tercio ꝓ abuſione bonoꝝ ⁊ poteſta
tis ſibi collate qñ ad ꝓpriã gl'iam et cõmo/
dũ retorſit.⁊ nõ ad qđ data eſt ei. Mat.xxv
Tollite ab eo talentũ.⁊ inutilẽ ſeruũ eĵcite
in tenebras exteriores.ibi erit fletus ⁊ ſtri/
dor dentiũ. Oſtendat ẽ bonꝰ zelator q̄n/
tũ diligat deũ in eo ꝙ bñplacitũ eiꝰ in ſe et i
aliĵs ꝓmoueat nec ab h' zelo molleſcat ꝑ deſi
am.nec labore laſſet̄ nec cõſiliĵs flectat̄ nec
aſtutiĵs circũueniat̄.nec amicicia nec blan/
dimentis deliniat̄.nec minis terreat̄ nr̄.nec
ꝓ diuturne praue ꝯſuetudis ꝓſcriptiõe de
ſperet quin ſuũ officiũ exequat̄. Secun/
da ala huiꝰ eccl'iaſtici ſeraph eſt pietas ſiue
fraterna cõpaſſio.vt ſicut caritas dei ad ze
lũ iuſticie inflãmat.ita fraterna dilectio ad
pietatẽ informet. Nã ⁊ ſi vicĵs debet̄ virga
feriens ſed infirmitati neceſſariꝰ ẽ baculus

ſuſtentans. Ps. Uirga tua et bacul⁹ tu⁹ ꝛc. j. Coꝛ. iiij. In vga veniā ad vos an ī carita te ꝛ ſpū mãſuetudinis. Sic ꝛ ille ſamaritanus vulneribꝫ illi⁹ ſemiuiui relicti infudit vinū zeli feruentiſ ꝛ oleū pietatiſ mitigantis.

Alia eſt aūt infirmitas coꝛpis. alia mentis. ꝛ vtraqꝫ indiget cōpaſſiōe. Infirmitas coꝛpis triplex eſt. Primi ſunt infirmi decūbentes in lectulis vl' in acutis vl' in aliqs infirmitatibꝫ grauibꝫ laborātes. Alij ſunt infirmi p domiciliū vel etiā p terraꝫ qñqꝫ deambulātes. ꝛ tñ ſepe grauibꝫ doloribꝫ affliguntur. vt calculoſi. inſiſtulati ponderoſi ꝛ ſiles. Terciū determiatā infirmitatē nō hñtes. ſꝫ tñ coꝛpe debiles ꝛ viribꝫ exhauſti vt ſenes ꝛ laboribꝫ ꝯfecti. vel naturali infirmitate depreſſi. ſed qñqꝫ accidētali languoꝛe ad tēp⁹ attriti. His eſt trip'ici pietate ſubueniēdū. ſꝫ remedijs medicinalibꝫ. ſi ꝯgrue pt̄ fieri. Itē relaxatione rigoꝛiſ in victu. veſtitu. vigilijs ꝛ hmōi. Itē exemptiōe laboꝛis in officijs. ſeruicijs. diſcurſibꝫ ꝛ hmōi. put cuiuſqꝫ neceſſitas exigat. Ita ꝙ pmis d̄ pmo. ſcdis de ſcdo. tercijs de tercio. iuxta ſinguloꝝ indigentiā ſpeciali⁹ ſuccurrat̄. Ois hūanitas eſt infirmis ꝛ debilibꝫ exhibēda. qꝛ flagella ſunt a dño. ſi ſup hoc ab hoibꝫ tribulant̄. ipſa coꝝ miſeria clamat ad prēm miſcdiarū ꝯtra illos q̇ eos tribulāt cōquerendo. Ps. Q̄m quē tu pcuſſiſti pſecuti ſunt. et ſup doloꝛē vulnerū meoꝝ addiderūt ꝛc. Infirm⁹ em̄ q̇ afflict⁹ ſibimet ſubuenire nō valet eo ipſo āpl.⁹ tribulat̄. qꝛ ab his q̇bꝫ deberet nō ꝯſolat̄. nō a laboꝛe releuat̄. nō ſubuenit̄ indigenti. nec habet ſibi cōpatientes. Ps. In ꝯſpectu tuo ſunt oēs q̇ tribulant me. impropeꝛiū expectauit coꝛ meū ꝛ miſeriā. Et ſuſtinui q̇ ſimul ꝯtriſtaret̄ ꝛ nō fuit. ꝛ q̇ ꝯſolaret̄ ꝛ nō inueni. Et dederūt in eſcā meaꝫ fel exacerbatōis. ꝛ in ſiti mea potauerūt me acetō obiurgatiōis. Fiant ḡ eis q̇ ſequunt̄ ꝛc.

Bonus aūt platus agnoſcat ſe fratrū ſuoꝝ patrē nō dñm. ꝛ exhibeat ſe eis medicuꝫ nō tyrannū. nec reputat eos vt iumēta ſua. vel ſeruos emptiōis. ſed vt filios hereditatis ſupne cōſoꝛtes. ꝛ faciat eis ſicut vellet ſibi fieri ſi ſimiliter indigeret. Sed foꝛtes et ſani nō ſentiunt qd̄ ſentit eger. ideo neſciūt eis cōpati. ſcient antē poſtea cum dolebūt. Et ſi obijciant quia ſepe fingunt ſe quidaꝫ debilioꝛes ꝙ ſint. nunquid pꝛter hoc oēs ſunt hypocrite iudicandi. cū econtrario p paucis iuſtis multis malis domin⁹ voluerit pepercisse. Gene. xviij. Triplici aūtē ratione magis indigēt infirmi ſubſidio pietatis ꝙ ſani ꝛ robuſti. Primo pꝛter ſuſtentationē vite. quia ſeipos non valent pcurare. ſi tunc etiā ab alijs nō pcurant̄. coguntur deficere. ꝛ nō poſſunt ſubſiſtere. Regum. xiiij. Ne penitus pereat q̇ abiectus eſt. Secundo pꝛter reſtaurationē ſanitatis. ꝛ viriū q̄s in infirmitate pdiderunt. Cum em̄ ſanus ꝛ foꝛtis ſolus indigeat ſuſtentamento. vt qd̄ habet ꝯſeruet. eger ꝛ debilis indiget dupliꝺ refectione ne pereat ꝛ pdat qd̄ adhuc habet. ꝛ reparet qd̄ amiſit. Luce. xix. Ab eo q̇ nō habet etiaꝫ quod videt̄ habere auferet̄. Tercio pꝛter ꝯſolationis releuamen. qꝛ cū ſic multipliciter affligant̄. ſolaciū eſt eis cū vident alios ſibi cōpati ꝛ ad reparatōis ſue ſtudiū fideliter cooperari. Regū. xxiij. Benedicti vos a dño qꝛ doluiſtis vicem meaꝫ.

Sed dicunt aliqui. Illis debilibꝫ digne ſubuenit̄ de q̇bus eſt ſpes ꝯualeſcētie. in illis vero de q̇bꝫ nō pſumit̄ ꝙ aliqñ conualeſcant inutilit̄ ꝯſumunt̄ expenſe. Hoc recte diceret̄ ſi nō pꝛter meritū charitatiſ. ſꝫ pꝛter retributionē hūane vtilitatis deberet infirmis miſcdia exhiberi. Qui aūt pꝛter h̄ infirmo ſubuenit vt cū ſanat⁹ fuerit bñfactum illud ſeruando retribuat. merito caritatis ſe priuat. Ubi em̄ maioꝛ miſeria. ibi clarioꝛ miſcdia apparet ꝛ purioꝛ caritas. Expedit ḡ platū qñqꝫ experiri infirmitates ceteroꝛuꝫ. vt diſcat cōpati. Heb. iiij. Nō habem⁹ pontificē q̇ nō poſſit cōpati īfirmitatibꝫ nr̄is ꝛc.

Infirmoꝝ mēte etiā ſūt tria genera. Primi q̇ ex deuotōis defectu vl' tēptatiōis impulſu proni ſunt ad ſcandala ꝛ pctā. ex facili occaſione vacillātes ꝛ ad lapſum pclives. j. Coꝛ. xj. Int̄ vos multi infirmi ꝛ imbecilles ꝛc. Scdi. q̇ licet bone volūtatiſ ſint ꝛ deuoti tñ ex leui coꝛreptōe vl' inuectiua obiurgatione effecti puſillanimes aut cōmcidūt ī qñdā deſpatōis diffidentiā. aut pꝛūpūt ī gra tē cōmotōis impatiaꝫ vñ poſtmodū dolēt. ꝛ ceteri qñqꝫ turbant̄. Ro. xv. Debem⁹ nos infirmioꝛes imbecillitates ꝛc. Terciū ſunt oēs generalit̄ impfecti. q̇ in diuerſis v̄tutū ſtudijs ſepe vacillāt ꝛ varijs paſſionū febribꝫ ſentiūt ſe interdū etiā reluctātes pulſari. mō elatōis mō ire. mō accidie. inuidie ꝯcupiſcētie. gule ꝛ alioꝝ viciosꝝ tam carnaliū ꝙ ſpūaliū. Ps. Miſerere mei d. qm̄ īfir. ſū. ꝛc.

remedium ꝙ ſubſtra… occaſio ſcandali

Remedia his infirmitatib⁹ adhibenda ſunt vt ſubtrahat̃ eis occaſio ſcãdali. oportunitas peccãdi. ne videãt vnde infirment̃ vel aodiãt. ⁊ ne ſepe ꝑmittant̃ extra domuȝ vagari. Gen̄. xxxiiij. Dina egreſſa domom corrupta eſt. ⁊ ꝑ exhortationes crebras. exempla patiẽtie ꝯfortent̃. ⁊ a duris increpationib⁹ donec ꝯualeſcãt de infirmitate parcat̃ eis. ⁊ aliis offenſis q̃b⁹ ꝑturbent̃. Coloceñ. iij. Pr̃es nolite ad indignationeȝ ꝓuocare filios vr̃os. vt nõ puſillo aĩo fiant. Qui eñ ampli⁹ cõmouet ſatȝ ꝑ ſe cõmotuȝ q̃ſi ꝓuocat ꝯtra ſe canẽ latrantẽ vt mordeat eũ. Itẽ vt equanimit̃ mores ⁊ imꝑfectiones eoꝝ ſupportent̃. Ecci. Nõ eñ omẽs oĩa pñt. Sicut aũt rudib⁹ ⁊ min⁹ peritis ſolẽt doctores coꝝ impericie ignoſcere cũ min⁹ recte ſentiãt. ita ⁊ v̾tuoſi benigne ſupportãt alioꝝ defect⁹. ſcientes ꝙ nõ omẽs pñt eq̃lit̃ eſſe ꝑfecti. ⁊ q̃ſi paruulis ⁊ teneris in chriſto grauiora q̃ȝ valeãt portare onera nõ imponũt. nec ab eis exigunt ea q̃ vires ipoꝝ excedũt. Gen̄. xxxiij. Noſti ꝙ paruulos habeã teneros ⁊ oues ⁊ boues fetas mecũ. q̃s ſi pl⁹ inambulando fecero laborare morientur vna die cuncti greges. Hoc eſt. Qui paruulos imꝑfectos ⁊ aliquã bonã hñtes voluntatem q̃ſi vet⁹ in vtero plus viget in exercitio v̾tutis q̃ȝ ſcḋm grãm q̃ȝ acceperũt. etiaȝ illud qḋ iã habẽt ſupra vires agitando extinguit in eis. Theſſal. ij. Facti ſum⁹ paruuli in medio veſtrũ tanq̃ȝ ſi nutrix foueat filios ſuos. ꝙ ita humilit̃ ⁊ pie blandit⁹ ſum vob ꝯdeſcendens vr̃e teneritudini ⁊ imꝑfectioni. Quo ꝯtra de duris ⁊ non cõpaſſiuis paſtorib⁹ cõqueri᷑ dñs Ezech. xxxiiij. Qḋ infirmũ fuit nõ ꝯſolidaſtis. ⁊ qḋ egrotũ nõ ſanaſtis. ⁊ qḋ fractũ nõ alligaſtis. ⁊ qḋ perierat nõ queſiſtis. Sed cũ auſteritate imperaſtis eis ⁊ cũ potẽtia ⁊c̃. Bernardus. Ut quid grauatȝ iugũ veſtrũ cũ cernitis diſcipuloꝝ. quoꝝ vos pon⁹ iugũ portare debetis. ponite onera. ꝑducite vbera. pecora lactate. quieſcãt. ⁊ ſi interdũ ſeueritate opus ſit. pr̃na nõ ſit tyrannica. Numeri. xj. Porta eos in ſinu tuo ſicut portat mulier infantulum ſuũ. ⁊ defer io terrã ꝑ qua iuraui ⁊c̃.

vide ubi bona ex poſitione

Tercia ala eccl̃iaſtici ſeraph. eſt patiẽtia ⁊ ꝯſtans longanimitas. Sicut eñ tectũ tabernaculi vt interiora mũda manerent ⁊ nitida excepit in ſe puluerẽs ⁊ imbres et ventorũ impulſus. ita ſuꝑiores q̃ fideliter ſubditos ſuos defendũt a turbine pcĩ neceſſe eſt ſepe diuerſaꝝ excipe tempeſtates aduerſitatũ. ſicut gallina ꝓ pullis ſe obiicit miluo vt eos defendat. Tria vero ſunt inter alia in q̃b⁹ patiẽtia ei neceſſaria maxie videt̃ Primo ꝓpter multiplices labores ⁊ curas ⁊ occupatões diuerſimode emergẽtes. Cura eñ ꝯtinua vrget eũ tam de ſpũalis ꝓuidentia diſcipline q̃ȝ de corpalis ſubſidij ꝓuiſione. Uñ ⁊ apl̄i nõ ſolũ de ſpũalib⁹ ſed ⁊ de tẽpalib⁹ fideliũ neceſſitatib⁹ maxie pauperũ ſolliciti erãt. Galataꝝ. Jacob⁹ ⁊ iobãnes ⁊ cephas dextras dederũt mihi et barnabe ſocietatȝ. vt nos in gentes. ipi aũt i circũciſionẽ. ſcȝ euãgelij p̄dicatõnẽ extenderẽt tñ vt paupeꝝ xp̄i memores eſſem⁹. qḋ etiã ſollicit⁹ fui hoc ipm̄ facere ⁊c̃. Dñs quoq̃ȝ turbas q̃s verbo ſalutȝ pauit. etiaȝ pane corpali in deſerto ſe ſuſtinẽtes. cuȝ aliunde nõ hr̃ent refecit. Marci. vj. ⁊ viij. Occupationes q̃ȝ varie tã ex domeſticis curis q̃ȝ extraneis cauſis frequẽter emergũt q̃b⁹ cogit̃ aliquatin⁹ implicari. ⁊ qoõ ſe de illis expedi at anxiari. Ex his enĩ labores plurimi creſcunt diſcurſuũ. vigiliaꝝ. tractatuũ. ⁊ aliarũ fatigationũ ꝓ quib⁹ oĩb⁹ patiẽtia ei neceſſaria eſt. ita vt moyſes mitiſſim⁹ ⁊ deo familiariſſim⁹ ꝓpter h̃ in plures on⁹ gubernatiõis ꝓpli ſit partit⁹. q̃ſi nõ valens tot negocia ſuſtinere Deutero. j. Nõ valeo ſolus vr̃a negocia ſuſtinere. et pondus ac iurgia. date e vobis viros ſapiẽtes ⁊ gnaros. ⁊ q̃rũ ꝯuerſatio ꝓbata ſit in tribub⁹ vr̃is. ⁊ ponã vobis eos p̄ncipes ⁊c̃. Scḋo eſt ei patiẽtia neceſſaria ꝓ tardo ꝓfectu illoꝝ in q̃b⁹ cõtinue fatigat̃. Uidet eñ paucos eorũ ꝓficere. videt poſt q̃ ꝑ multos conat⁹ ſuos ea q̃ molto labore in modico iã emendari ceperant. et facilit̃ iteꝝ dilabunt̃. ⁊ ꝓpter plures difficultates ⁊ obſtacula ꝓfectũ ſpũalẽ impedientia q̃ſi in deſperationẽ tendere fructũ laboris ſui. ſicut q̃ multa ſemĩauit ⁊ pauca cõſpicit oriri. videt etiã q̃nq̃ȝ q̃ ꝑſonalit̃ iubet ⁊ ordinat negligent̃ impleri ⁊ ſeruari. ⁊ ſepe ſub ſpecie boni latenter maluȝ ſubintrare. ita ꝙ nõ audet apte vt malũ redarguere. cũ bonũ in ſuꝑficie appareat. ⁊ tñ in fine ꝑ hoc mai⁹ bonũ deſtruit̃. ⁊ a prioꝛib⁹ malis adit⁹ aperit̃. Uerbi grã. vt multi ſaluent̃ plures q̃ȝ oportune tenere poſſum⁹ recipim⁹. Sȝ ipa tandẽ multiplicatio erit paupertatis nr̃e obfuſcatio. dũ plures velint pl̄ib⁹ gaudere

ꝙ neceſſe ſit p̄lato defendere a turbine pc̃a ſubditos ſuos

nō carere. ide ſeq̄t frequētior diſcurſus ꝓ ac/
quirēdo neceſſaria. ex q̄ oriunt vie inſolite ī pe/
tēdo. incautꝰ agit ꝯ regłam ī recipiēdo. q̄s
deuotōis extinguit. mores religioſi ī diſſue
tudinē vertūt. ꝯſueſcūt frēs libent euagari.
⁊ diuerſa carnis cōmoda foris venari. famili
aritates in regła ꝓhibitas ꝯhere. munera a
ꝯſitētibꝰ q̄rere. edificatōes aiaꝝ ꝓ q̄ſtu vēde
re. diuitibꝰ adulari. areas dilatare. ſūptuoſa
palacia exaltare. ſcādala nō curare. ⁊ dei ho/
nor q̄ ex nr̄a ſctā ꝯuerſatōe ⁊ aliꝝ exinđ edi
ficatōe ꝓueīre debuerat. agēdo his ꝯria ꝯcul
cat. Idē eſt ꝺ ꝑꝓpera ꝓmotōe iuuenū ex
nōdū ꝓbatoꝝ ad ordies ⁊ officia ꝯfeſſionis
ꝑdicatiōis ꝑlatōis. Idē de ꝑlibꝰ q̄ corā hoi
bꝰ ſūt alicuiꝰ apparētie. ſ3 religiōis puritatē ī
teriꝰ corā dō obſcurāt. ⁊ rudes ī religiōe q̄ in
terna ñ ſapiūt putātes ī his exterioribꝰ hōeſta
tibꝰ totā vim ſpūal' ꝯuerſatōis ꝯſtare. mag ze
lo eas defendūt. ⁊ de veris ꝟtutibꝰ ⁊ ſpūalibꝰ
nō curāt. Hec ⁊ alia ꝑlima vidēs ſpūal' ꝑla/
tus q̄ oīa in ꝟitate diiudicat. tabeſcit ⁊ vrit. ⁊
nō valēs corrigere ꝓ deſiderio in ꝟtute patiē
mirabilit exercet. Pſ. Tabeſcere me fec zelꝰ
meꝰ. zelꝰ domꝰ tue comedit me ⁊c. Tertio
neceſſaria ē ei patia ꝓ ingtitudine illoꝝ ꝓ q̄/
bus tāta ſolicitudie laborat ſc3 q vix vnq̄m
eis ſatiſfacit q̄n ſp ꝯq̄rant. q alit poſſet eis ⁊
meliꝰ facere ſi vellet q ſepe ꝑplexꝰ eſt an debe
at eoꝝ iportunitatibꝰ cedere ⁊ acq̄eſcere ī oī/
bus q̄ cupiūt. vl' rigide tenere qđ credit eſſe
magis expediēs. Phil. j. Quid eligā ignoro.
coartor em̄ ⁊c. Itē q inuertūt ei ꝑlima q̄ fac
⁊ interꝑtant ad deteriꝰ ⁊ ſup his viſitāt eū ex
murmurāt ⁊ accuſant ⁊ detrahūt ei ⁊ ſumūt
inde materiā ſcādali. vnde putabat ſe deo ⁊
ipis obſequiū ꝑſtitiſſe. ita q vix ī aliq̄ ꝑt inue/
niri mediū in h qđ ordinat aut qđ fac q̄n ſp
aliq̄bꝰ diſpliceat ⁊ turbet. Itē q etiā in fa
ciē q̄dā reſiſtūt ei. vl' lr̄is arguūt eū ⁊ deſpiciūt
⁊ ꝯcitāt alios vt ſe ei opponāt. vl' aſtute impe
diūt ne poſſit pficere q̄ deberet. His ⁊ ali
is aduerſis q̄bꝰ diuerſimode ipetit. triplici
patiē ſcuto ſtudeat opponere. Prio vt mo
deſte ⁊ mature ⁊ benigne ad ſingła rñdeat. ⁊
impetū feruoris repmat ne ī voce aut vultu
ſeu moribꝰ ipatiētiā oñdat. Tūc em̄ magis ꝑ
ficit ꝑ patiām. ⁊ tādē deuincit q̄s impetuoſe
agēdo ampliꝰ ꝓuocaret. Sic gedeon mode
ſte rñdēs viris ephraim ꝯ ſe iurgātibꝰ. ꝯpeſcu
it ſpm̄ eoꝝ q̄ tumebāt. Judic. viij. Prouer.
xv. Rñſio mollis frāgit irā. ſmo durꝰ ſuſci/
tat furorē. Uir ei cōmotio ꝯmotōe ſedat. ⁊
viciū vicio nō ſanat. Impatiētia ei ꝑlati cō/
fundit q̄ pmouere poterat bona. His modis
alios ſcādaliſat. Prouerb. xiiij. Qui īpatiēs
eſt exaltat ſtulticiā ſuā. ſ. alijs pandēdo. red/
dit eū ſubditis ⁊ alijs ꝯtēptibilē. Prouer. xij.
Qui vanꝰ ⁊ excors ē parebit ꝯtēptui. Fa/
cit eū exoſum ⁊ horrēdū. Eccl. ix. Terribilis
eſt ī ciuitate ſua hō linguoſus ⁊ temerariꝰ in
ꝟbo ſuo odibilis erit. Prouocat alios ad i/
patiētiā. Prouer. xv. Uir iracūdꝰ puocat ri/
xas. q̄ aūt patiēs eſt mitigat ſuſcitatas. Non
audēt ei ſubditi neceſſitatē ſuā apire. Job.
iiij. Si ceperimꝰ loq̄ tibi. forſitā moleſte acci
pies. Replet domū murmure ⁊ rācore. Pro
uerb. xj. Qui ꝯturbat domū ſuā poſſidebit
vētos. ſ. ꝯſpirationū. Teneros mēte fugat ⁊
puſillanimes fac. Prouer. xix. Spm̄ ad ira
ſcendū facilē q̄s poterit ſuſtinere. nemo au/
det eū monere ꝺ his q̄ forēt emēdāda Regū
xxv. Ipe ē filiꝰ belial ita vt nemo poſſit ei lo
qui. Scđo ſtudeat eē pacificꝰ vt nec vidi
cet ſe de illatis iiurijs. nec ī corde oderit illos
nec curā eoꝝ ſegniꝰ agat. nec q̄rat eos a ſe re/
mouere. imo libētiꝰ teneat eos vt ꝑ hec illos
⁊ alios edificet bñfaciēdo igratis. ⁊ vt ꝑ ſe vir
tutis exercitiū in eis habeat exēplo ſūmi pa/
ſtoris. Luc. vj. Eritis filij altiſſimi. q2 ipe beni
gnus ē ſup ingtos ⁊ malos. Cū em̄ ſit ꝓprie
officiū paſtoris docere ꝟtutes. ſi vicioſos re/
mouet a ſe. q̄s docebit. ſi medicꝰ fugit egru/
tos q̄s curabit. Si fortis tiro declinat ipetē
tes ſe quō aſſequet triūphū glie. Si negoci
ator negligit merces ī q̄bꝰ mag lucret. quō
poterit ditari. Iñ eſt q in tales tot ſanctifi
cati ſūt epi ⁊ ꝑlati q2 tā agēdo bona q̄ patiē/
do aduerſa ⁊ alios edificādo ad alta pfectio
nis culmia officij ſui occaſiōe puenerūt. Thi.
iij. Qui epatū deſiderat ⁊c. Tertio ſit pati
ens vt nō minꝰ ſit volūtariꝰ ⁊ ſtudioſꝰ ad ex
equēda ea q̄ officij ſui ſolicitudo req̄rit ꝓpē
rediū laboris vl' tarditatē pfectꝰ vl' importu
nitates ſubditoꝝ vl' alia grauamia. q2 ſic ad al
ta merita puenit. Paral. xv. Uos ḡ ꝯforta/
mini ⁊ nō diſſoluāt manꝰ vr̄e. erit ei merces
opi vr̄o. Iſte manꝰ plati ſūt inſtātia i agēdo.
⁊ patia i ſufferēdo qđ grauat. Que ſi nō diſſol/
uant ꝑ deſidiā ſeu itolerantiā. merces etna
ei cumulat. Per has naq3 aduerſitates re/
ctor a pctōꝝ puluere purgat que ꝯtrahit ex
humane infirmitatis ſurreptiōe. In multis
em̄ offendimꝰ oēs. etiā in pluribꝰ negocijs

N°. mirabilia cōſilia paſtores.

